qui nec ferro, nec fuste, aliisque telorum genere uio-  
labilis fuerat. Ab hoc leone Hercules pellem detra-  
xit, quam contra pericula corpori circumdedidit.  
Quin & leonina hæc pellis, & clava, ipsius Her-  
culis sunt insignia. Versabatur hic inter Mycenæs  
& Nemeam syluā prope montē, qui ex re ḿn̄top,  
hoc est, perfoſſus cognominatus est. uide Diodorū.  
Quidam Nemeæum & Cleoneum diuersum fa-  
ciunt. Hunc uero leonem ipsum in lunæ circulo enu-  
tritum, & inde in terras delapsum fabulati sunt,  
unde & loco quo in terram concidit, Apesonta no-  
men inditum. In hac quidem uictoria Herculem ex  
apio coronā instituisse canit Pindarus. Probus uero  
picea coronatum scribit, qui postea in Nemeis usi-  
sunt Gracci. Quidam per leonem furorem interpre-  
tantur,

tantur, quem cum bīle atrā laboraret, Hercules suis  
perauit. Huius certe rei autorem Heraclidē Pontia  
cum habemus. Porrò Græci quidam grammatici  
Gylion leonem uel porcum significare cōiendunt,  
ex quare Herculi factum sit cognomētum Gylius,  
quod ex Suidas non inficiatur. uerum Gylion non  
porcum uel leonem significare ait, sed chœrogryls  
lum, id est, porcum spinum, tametsi in Leuitico ua-  
ria nostri. Cetera Gylij significata non est cur hic  
inculcemus, cū in Poëtis nostris plura ea de re scri-  
pserrimus in Carcini uita. Sed ne Herculem mittas-  
mus, qui etiam Hydram, quam Latini excetrā uo-  
cani, nonaginta capitum serpentem, ut Simonides,  
ut Alcæus quinquaginta, ut alijs, septem, uel quinq;  
quorum unum immortale uocabulur, in Lerna pa-  
lude, unde tot sunt uulgò facta adagia, igne supera-  
uit, uel, ut ab alijs proditur, sagittis conficit, id est  
 $\tau\acute{o}\xi\sigma$ . nam ut apud Homerum à grammaticis ob-  
seruatur,  $\tau\acute{o}\xi\sigma$  ex quod mittit, ex quod mittis-  
tur, hoc est, arcum ex sagittas significat: à quibus  
sagittis, id est,  $\tau\acute{o}\xi\sigma$  hydræ sanguine infectis, toxī  
ci uocabulū effluxit, uel quod ex ipsius hydræ san-  
guine natum est, ut Nicandri scribunt expositores,  
à quibus ex alia referuntur, omnesq; à  $\tau\acute{o}\xi\sigma$ , id  
est, sagittis uel Parthorū uel Scytharum: ut magis

14. L I L I I G R E G . G Y R A L .

mirum sit quod ab aliquibus scribitur, toxicum dis-  
Etum esse ab arbore taxo, quin taxicum, quod p̄ea-  
ter nostras grammaticos & Plinius scribit, tametsi  
& toxum pro taxo à Romanis dici auctor est in 6.  
Diosc. Sed ne uagemur, cum ab Hydra uno ampu-  
tato capite alia pullularent, faciem ferunt ab Iolao  
vulnieri apponi solitam, atq; sic demum devictam  
& extinctam hydram tradūt. Cancrum quoq; hy-  
drae suppetias ferentē interemit, implorato, ut dicio-  
tur, Iolai auxilio: ex qua re illud emanavit, Ne qui  
dem contra duos Hercules: tametsi alij id afferunt  
cum Olympico certamine Cteatōn, & Euryton,  
Neptuni & Molionis filios occidisset, qui Molio-  
nidæ ideo nuncupati sunt: idemq; cum in sequentis  
olympiadis certamine facere tentasset, resq; frustra  
cessisset, in proverbiū deductā est. Non desunt ta-  
men & qui rem in Laium & Pherandrum referāt.  
Verum hac de re, hoc est, Molionidis, plura nos in  
annotationibus ex Plutarcho, Nazianzeno, Suia-  
da, et Pindaro. Sunt uero qui hydram & cancrū so-  
phistas fuisse interpretentur ex Platone, quorum so-  
phismata & cauillos, Hercules ingenij ac mentis ui-  
absoluerit: licet id potius, si quis modo sanè uerba  
perpendat, per similitudinem quandam à Platone  
dicatur. Alij Hydram arcem, seu turrim quampliam  
munitissimam

munitissimā fuisse opinantur, quae à quinquaginta  
uiris custodiretur. arcis uero rex Lernus uocabatur,  
qui à Carcino, id est, Cancro uiro quodā fortissimo  
adiutus, contra Hercule pugnauit. Hercules autem  
ab Iolao Thebanis copijs auctus, ambos superauit,  
Hydrāq; castellū euertit incēditq;. Alij secretiore  
arcano fabule locū datū uolunt, quod scilicet Her-  
cules animi sui ac continentiae ignita tanquam face  
identidem renascētia libidinū ceterorumq; uitiorū  
Lernæa capita represserit, atq; penitus extinxerit.  
Nec desunt qui per Hydrā et Lernam inuidiā, sen-  
tientia inuidentiā, significari existimēt, quæ difficile  
lime extinguitur, cū abiecti animi indicū sit, ut pla-  
nè ex Ouidij et Plutarchi descriptione cōspicitur.  
Græci scriptores illud de Hercule Lernæ uiu*in se*-  
*to* obseruant, eū oraculū accepisse, se aliter liberari  
non posse, nisi ad flumen herbā inquireret, cuius ra-  
dix colocation, caulis uero qui supra terrā est, cibo-  
rion uocatur, quo nomine uas etiā dicitur. Vnde cū  
apud Belū fluuiū eā reperisset, ueneno est liberatus:  
idq; quoniā in Phœnicia contingit, urbs in eo loco  
condita est, quæ Ace ex re nomen sumpfit, quæ et  
Ptolemais dicta est. Post hæc Ergynum Myniarū  
regem impissimū prælio fudit, à Thebanis immo-  
dica tributa exigētem, atq; ipsius etiā regiam euera-

tit, cuius excellentis facinoris gloria Creon rex ille  
Elias, eum sibi generum delegit, filiamq; illi Megas-  
ram despondit, atq; unam totius regni curam ad-  
ministrationemq; permisit. Aprum Erymantheū,  
qui ex Mænalius ex Arcadius dictus est, uiuū ce-  
pit, Eurysthcoq;, qui se ob metum in vase æneo oc-  
cluserat, detulit: cuius quidē apudentes apud Cu-  
manos populos qui in Opicis sunt, in Apollinis tem-  
plo diu suspensos fuisse, Græci prodiderūt. Natum  
hunc aprum ferunt ex scropha, cui Phæa nomen,  
quæ ex à loco Cromyonia cognominata est, ut Stra-  
bo meminit. Ex eadem Phæa ex Calydonius aper  
editus est. Cum apud Pholū Centaurū, à quo ex no-  
men monti inditū, hospitatus esset, Centauri primo  
Amyræi dicti, dein Eærdi, postea Leleges, dolium uia-  
ni optimi defossum extulerunt, quod hac olim lege  
Bacchus dederat, ut cū inde Hercules trāsiret, illud  
effoderet: hi uero cum uini odore ebrij facti essent,  
atq; ad rapinas conuersi, ab Hercule ad unum cæsi  
fuerunt, eis licet eorum matre Nephele, hoc est, nu-  
be, frustra suppetias ferente. Alij nō omnes cæsos,  
quin ipsum bis cum Centauris pugnasse prodi-  
erunt, cum primum scilicet Perithoo nupsit Hippo-  
dame, item cum Eurytus ab Oeneo hospitio suscep-  
tus, nil deos hospitales heritus, uim inferre Deia-

mre

miræ conatus est. Qua harum pugna ab Hercule  
 Chiron Centaurorum, ut ait Homerus, iustissimus  
 sit occisus, parum inter autores constat. Ceruā aëri  
 pedem, & aurea habentem cornua (si modo in cer-  
 uis foeminis cornua reperiantur, quod tamen poëtæ  
 affirmant) retibus, uel ut alij dicunt, præ lassitudine  
 dormientem uiuam cepit. Sunt qui ceruam timoris  
 ac metus affectiones interpretentur, quas Hercules  
 utpote uir fortis & sapiens uicerit. Stymphalidas  
 aues, que Martis alumnæ dictæ sunt, cuncta sterco-  
 ribus ac uentris proluuie foedates, uel, ut Timagne-  
 tus ait, pennas ferreas habētes, & eas ut sagittas eia-  
 culantes, quod & Euripides, & Claudianus noster  
 in Histrice testantur, æneæ tabulæ collisu, uel crota-  
 li sonitu abegit, uel ut alij tradunt, sagittis illas cōfe-  
 cit. Dictæ uero sunt Stymphalides à Stymphalo  
 Arcadiæ oppido, ut Homerus & Pausanias tra-  
 dunt: inde uero, ut Apollonius canit, ad Martis insu-  
 lam demigrarunt. Mnaseas quidem à uiro heroicæ  
 uirtutis insigni denominatas credidit, cuius & Or-  
 nythæ puellæ filiæ fuerint. Alij et eas Ploidas appel-  
 larunt, quod in aquis degētes natarēt. Tum & Ze-  
 ten, & Calain alatos Boreæ filios strauisse Hercu-  
 les fertur in Teno insula que Delo adiacet, & in  
 eorum sepulchro duas erexisse columnas in rei monu-

inentum, quarum alteram Borea flante commosueri solitam. Causa necis uarie refertur. Aeneasidemus enim, quod hospitatem Herculem occidere uoluerint, scribit. Stesimbrotus, quod in contentione cū Hercule uincerint, de datis ab Iasone comitibus muneribus. Nicander, quod Herculem diuerfantem in Co insula, Boreas tempestate afficerit. Apollonias, quod nauem Argo in Mysiam rursus reuerti prohiberent. Alij alia, quæ breuitatis causa mitto. Sunt et qui Phineum Arcadiæ regē ab Hercule interemptum asserant. Cum enim ipsius regis filios in solitudine conspicatus fuisset, ab ijsq; didicisset quod essent à patre Phineo electi, calumniati à Scythica uxore, quam eis nouercā rex superinduxerat spreta Cleopatra, quos Phineus mox apud Herculem senex accusauit: ut uero Hercules pueros sine culpare reperit, eos in patriam domum reuersti iusfit, Phineumq; insurgentem, ac filiorum alterum in mare summerge uolentem, pede feriens interfecit. Fabulam in Argonauticis Dionysius est executus. Cætera quæ multa de Phineo leguntur, non huius sunt instituti. Eurytionem Centaurum indomitum interemit, qui die ipso nuptiarum Hippolytæ Augiae Eliensium regis filiæ uim inferre tenauit. Augiae quoq; ipsius regis aulam, hoc est, ut

Græci

Græci dicunt, Βραστον immundam sordibus expurgauit, in ea deriuato atq; immisso fluvio Minoeo, seu, ut alij, Pignione, uel Alpheo, uel Peneo. Vnde de immundis fœdisq; rebus, Augiæ caulam, seu aulam, pridem est prouerbium usurpatum. Augiam uero ipsum Hercules occidit ob mercedem sibi denegatam, filioq; ipsius Phyleo regnum tradidit, qui à patre fuerat electus, quod inter Augiam & Herculem iudex electus de pacta Herculi mercede, pro Hercule pronunciauerat. Est etiam illud à Grecis traditum, quod cum contra Elæos Hercules pugnaret, equum Ariona ab Onceo peccit, eoq; uictus Elim cepit, sed illum mox Adrasto dedisse. Alij tamen alii, inter quos Lutatius. Augen insuper Alei Arcadici filiam comprescit, ex eaq; filium suscepit, qui quod ceruinis uberibus nubritus fuit, Telephus est uocatus, & cum matre ab Aleo auro in arcâ inclusus in mare proiectus, deslatusq; ad prata Cayci, & à Teuthrante uiro præpotenti ambo excepti sunt, ut est à quibusdam proditum. Stephanus autem Auges maritū Teuthranta scribit, patremq; Telephi. Alij Telephum in Palladis templo à matre expositum prodidere. Sed cū hac causa ibi pestilentia uis grassaretur, Aleus in Panthium montem detulit, ubi est à cerua nutritus.

Augen deinceps ab Hercule parū amatā legimus.  
 Cæterum Suidas Telephum Herculis filium Latinum uocatū ait, atq; ab eo Latini Itali denominati.  
 Pasiphaës dein taurum ex Creta formosissimum Hercules ad Eurystheū in Peloponnesum deduxit, quē taurum quidā à Neptuno immisum tradunt, quod cū cæteris deis Minos sacra fecisset, Neptunū ipsum præteriisset. Delatum igitur taurū in Peloponnesum, inde aufugisse in Atticam, in campisq; Marathonijs cū alios interfecisse, tum Androgeū Minois, mox à Theseo mactatū. Plura Pausanias & Plutarchus in Olympicum certamen Ioui patri, uel ut alij, in honorem Pelopis instituit, iuxta Alpheū flum apud Elim & Pisam, ad radices mōtis Olym pi: quod quidē certamen quinto quoq; anno, seu ue- rius quarto perfecto, & ut Lycophronis interpres Isaacius ait, quinquagesimo quoq; mense magna celebritate frequentabatur: in quo cum palæstram cū reliquis quatuor certaminib. instituisset, & fortissimum queng; ac robustissimum ad luctam prouocaret, omnesq; certantes ipsius robur uicerentur, Iouem ferunt in athletæ formam mutatum, cū Hercule in palæstram descendisse, diuq; ambobus certati bus, cum anceps & dubia uictoria wideretur, Iouem tandem se filio manifestasse. victores uero in Olym picis

picis oleastro, uel ut Aristoteles ait, olea, que philo Stephanos dicitur, coronabantur. Alij rem ita trahunt, quod cū Rhea Iouem Curetibus, hoc est, Heruli, Paeoni, Epimedi, Iasio & Idæ commendasset, Hercules inter eos natu maior cum luderet, fratribus ipsis cursus certamē proposuit, uictoreq; eius oleastro coronari uoluit. Est enim in fabulis receptū, oleastrum delatum fuisse in Græciam ab Hercule ex Hyperboreis regionibus. Quinquennem uero Olympiada fuisse constitutam ferunt, quod quinq; fuerint fratres Idæi. Hic igitur Hercules Idæus longe Amphitryoni antiquior, Olympicum certamen instituit, cui quinquefimo post Deucalionis cataclysmum anno Clymenus aram statuit, parastatēq; & adiutorem cognominavit, tum post Pelopē Hercules Amphitryonis adauxit. Historiam latius exequitur in Eliacis Pausanias. A Deis quoq; singulis muneribus Hercules affectus est: peplo quidem à Minerua, clava & thorace à Vulcano, equis, inter quos Arion, à Neptuno, quo mox equo usus est Adrastrus, ut paulo ante dixi. Donatus uero ense à Mercurio, arcu & sagittis ab Apolline, mysteria et ceremonias ad cædium expiationē à Cerere accessit. Aquilam, seu ut alijs dicunt, vulturem Promethei extalancinantem, qui in Caucaso fuerat religatus,

interemit. Sunt qui aquilam fluum fuisse interpretentur, quem Hercules repressit. Diodorus Nilum Aquilam appellatum tradit: qui cum eam partem Aegypti, cui Prometheus imperitabat, inundasset, ab Hercule sui consilio magnitudine est compressa, et ad priorem cursum deducta, unde est Graecis occasio praestita fabulandi. Alij ad allegoriam fabulam referunt, hoc est, quod curas et anxietates animi ipsi Prometheus amouerit, que ex ipsis mete, hoc est Ioue, noctu resurgebat, interdiu uero latitabat, Hercule praesente, id est, sole. Aquilam quoque Prometheus nostri nonnulli excessos, hoc est, anxietatem sollicitudinemque interpretationi sunt. Alexander tamen Aphrodisieus ita interpretatur, quod cum Prometheus sapiens et philosophus esset, coelestisque aquila causam et naturam perscrutaretur, et iam ob studij et discendi auiditatem absumeretur, Herculem ei adstitisse, qui omnia que de ipsa aquila illi dubia et incerta erant, excoluit et manifestauit. Diomedem Thraciae regem hospites mactantem, equisque indomitissimorum apponentem, ijs uictum lacerandum apposuit, ac equos Eurystheo detulit, quos dominos ille Iunoni dicauit. Palæphatus fabulae locum datum ea causa credidit, quod cum ex agrorum redditibus et prouentibus qui agricolis hominibus debentur,

bentur, equos aleret, ea causa humana carne equos  
pauisse dictus est. Sedenim Philostratus in Abderi  
exequijs equas eas fuisse scribit, ab ijsq; semesum dis-  
cerptumq; puerum ipsum Abderum: qui cū ab Her-  
cule amaretur, causa fuit ut præter fletum Hercu-  
lis celebratū, Diomedem quoq; ipsum, easq; equas  
confecerit, certamenq; in pueri memoria constitue-  
rit, et, ut nonnulli putant, civitatem quoq; Abdes-  
ram. Sofibius etiam Helacatum puerum ab Hercu-  
le amatum scribit, in cuius pueri honorem Lacedæ-  
monij Helacatia certamen instituerunt. Post hæc  
Hercules cum Argonautis ad uellus aureū in Col-  
chos nauigauit, uel ut alij, in Misiam, quousq; pue-  
rum Hylam amisit, à qua re locum Aphetas nomi-  
natum legimus. At Herodotus, cum aquatū, inquit,  
Hercules iuisset, et derelictus ab Iasone et socijs  
esset, nomen loco factum æperæ. Alij relictum ab  
Argonautis Herculem ideo dicunt, quod artis remi-  
gandi esset ignarus, nimioq; manuū robore sæpius  
remos infringerebat. Fuit autem Hylas Thiodaman-  
tis filius puer formosissimus, quem patri raptum mi-  
ro prosecutus est amore Hercules: qui cum in My-  
siam apud Cium fluuiū aquatū cū calpide (uasis id  
nomē) iuisset, summersus est, uel est à Nymphis reser-  
ptus, ut Onasus, Theocritus, et Nicäder tradidere.

Ambraciam & Amphilogos tenuisse scribit, que  
pascuis optimis referta sunt, cumq; ibi ab Hercule  
victum: unde et cum bobus in Epiro, mox à Laris  
no pastore suscepimus est, à quo postea Larinorum  
boum memoria sit facta, quod scilicet fuerint for-  
mosissimi. Quidam ab eodem Larino abactos, seu  
quod Proxenus ait, Hercules ipse in Dodona Ioui  
consecravit. Alij non à Larino cognominatos pu-  
tant, sed à narium latitudine. Græci quippe λαξ par-  
ticula utuntur in huiusmodi significatu, ut Lastau-  
rus is qui aequo est membrosior, ac pronior in uene-  
rem, qua de uoce Græci grammatici, et ab ijs Latini  
multa. De Lastauro quidem illud notat Phry-  
nichus, quod ea dictione recentiores non utuntur ut  
antiqui, sed pro homine nequam, quasi στρύπως di-  
gno. Est uero tauros pars mēbri uirilis, ut est apud  
F. Quintilianum, et Diomedem grammaticum.  
Eustathius partem sub oscheo positam ait. Memi-  
nit et Suidas et Athenaeus: à qua certe particula  
uocantur hypotaura ab Aëtio, ubi de pudendorum  
morbis agit, quam dictionem interpretes parum no-  
uisse uisi sunt. Dicitur et uirgo intacta à Græcis  
τετράγωνη, ab eadem particula facto vocabu-  
lo. Sed nos ad Larinos potius redeamus, quos alij  
appellatos uolūt ab eo quod frumento ac pubulo pa-

¶ ac saginati essent, hoc est, ἐπειδὴ τὸ λαοῖνον θέατρον,  
ut scribit Athenaeus: nam et sues eadem ratione la-  
rini dicuntur. Et Larinū epos dixit Aristophanes.  
Quidam et hos boves cestrinos vocauerunt, quidā  
à Larino pago vocatos autumant, aliij à Laro præ-  
done, de quo apud Græcos extant proverbia: aliij à  
pago Epiri. Nauigasse uero Hercules dicitur ahe-  
neo lebete in Erytheā insulā, quā Gades Pherecy-  
des dixisse uidetur: uel ut aliij, aerata naue, usus pro-  
uelo leonis pelle, pro malo claua, pro rudentibus lo-  
ris pharetræ, pro remo arcu. Hinc frequēs illud Gre-  
cis dicterū, ἀλλο τὸ γεννέας κώπης. Cum enim in  
suetā hanc nauigationē homines indigenæ specta-  
rent, clamabant, aliud hoc genus remi, ut est à Plus-  
tarcho relatum. Alij poculo nauigasse perhibent:  
quam rem ad historiam refert Macrobius, ut nauia-  
gio uidelicet eo nauigauerit cui nomē scypho. Alij  
quod Hercules ipse bibosus esset, et immanibus utc  
retur poculis, ut est pluribus disputatum apud Athe-  
næum, et nos hac de re aliquid infra dicemus. Sunt  
qui fabulam aliter recitent, ipsum cum sui itineris  
terminum columnas ponere statuisset, et meridie  
solis æstu affectus esset, in deum telum conieciisse:  
deum admiratum herois robur, eiq; aureum pocu-  
lum dedisse, quo in Erytheam ad Geryonis boves il-

calem rem detulit, qui amici miseratione, post euer-  
sam Troiam, illam secum in Boeotiam deduxit: ubi  
cum filium peperisset, Scamādrum nuncupauit, qui  
post auum apud Eleonem regnauit, ibiq; fluuium  
Inachum de suo nomine Scamādrum uocauit, pro-  
ximumq; alterum riuum à matre, Glauciam.

Baltheum Hercules ab Hippolyte, uel ut alij, &  
Menalippa Amazonum regina ablatum, Eury-  
stheo detulit, Amazones reliquas debellauit. An-  
tiopam ex ijs unam Theseo dono dedit. Sunt qui  
Hippolyten dicant, unde ei sit natus Hippolytus.  
alij rem aliter tradunt.

Mox ad Geryonem proficiscens, Bebrycem, cui  
confines dicuntur Pyrenæi montes, attigit, cuius re-  
gis filiam Pyrænen ut uidit, arsit: illa uero dum iam  
parat Hercules, in auia & solitaria loca secessu-  
tans, diu noctuq; questibus & lachrymis intenta, &  
feris infelix laniatur: quam anxiè dum perquirit  
Hercules, à feris discerptam reperit: cuius membra  
atq; ossa colligens in montis uertice sepeliuit, quem  
& à puelle nomine Pyrenen uocauit, sint licet alias  
de hoc montis nomine opiniones.

Dehinc in Hispaniam descendens, tricorporem  
Geryonem uicit, eiusq; inde armenta, Orthumq;  
canem abduxit. Alij Gargittion canem uocant, &

Cerberi

Cerberi fratrem, interfectumq; ab Hercule, non ab ductum, eiusq; in Iberia sepulchrum esse. Geryonem Hesiodus ait Chrysaore patre natum ex Callirhoe puerilla, quod et in libello gracco X II. laborum Herculis scriptum comperi, ubi et Orthum canem ex Echidna natum, et bicipitem fuisse legimus, ipsarum quoque boum pastorem Eurytionem. Finxere vero Geryonem ideo tricorporem, quod unanimis atq; concordes tres essent fratres. Alij ad tria uitia, sermonis, corporis, et animi, que Hercules domuit, referunt. In Hesiodi autem commentarijs ita exponitur: uel propter tria tempora, que à Sole conficiuntur, uel à uoce, que græce γῆρας dicitur, tonitus uidelicet nubium et uentorum que Hercules, id est, sole, ut diximus, dissipantur, dissoluunturq;. Aëris enim tria interualla et spatia Philosophi faciunt. Sedenim quoq; græci poëtæ tonitus à boum mugitu μυκηθμὸν appellauere, unde et boues Geryone Hercules abegisse dictus est. Palaephatus existimat Geryonem tricipitem dictum, quod ab Euxini ciuitate originem duceret, que Tricarina diceretur, hoc est, ut sic dicam, tricipitina. Est inter proverbia, Triceps Geryone, in eos qui sunt moribus effratis et indomitis. Hecateus uero Geryonem loca prope

Ambraciam & Amphilogos tenuisse scribit, que  
pasculis optimis recta sunt, cumq; ibi ab Hercule  
rectum: unde & cum bobus in Epiro, mox à Larino  
no pastore suscepimus est, à quo postea Larinorum  
bonum memoria sit facta, quod scilicet fuerint for-  
mosissimi. Quidam ab eodem Larino abactos, seu  
quod Proxenus ait, Hercules ipse in Dodona Ioui  
consecravit. Alij non à Larino cognominatos pu-  
tant, sed à narium latitudine. Græci quippe λαρ  
ticula utuntur in huiusmodi significatu, ut Lastau-  
rus is qui & quo est membrösior, ac prouior in uene-  
rem, qua de uoce Græci grammatici, & ab ijs Latini  
multa. De Lastauro quidem illud notat Phry-  
nicibus, quod ea dictione recentiores non utuntur ut  
antiqui, sed pro homine nequam, qui si στεύπως di-  
gno. Est uero tauros pars mēbri uirilis, ut est apud  
F. Quintilianum, & Diomedem grammaticum.  
Eustathius partem sub oscheo positam ait. Memi-  
nit & Suidas & Atheneus: à qua certe particula  
uocantur hypotaura ab Aëtio, ubi de pudendorum  
morbis agit, quam dictionem interpretes parum no-  
uisse nisi sunt. Dicitur & uirgo intacta à Græcis  
ἀταύρωτη, ab eadem particula facto uocabula-  
lo. Sed nos ad Larinos potius redeamus, quos alij  
appellatos uolūt ab eo quod frumento ac pabulo pa-  
fi ac

¶ ac saginati essent, hoc est, ἐπειδὴ τὸ λαοῦ εὐθύτερος,  
ut scribit Athenaeus: nam et sues eadem ratione la-  
rini dicuntur. Et Larinū epos dixit Aristophanes.  
Quidam et hos boves cestrinos vocauerunt, quidā  
à Larino pago vocatos autumant, alij à Laro prae-  
done, de quo apud Græcos extant proverbia: alij à  
pago Epiri. Nauigasse vero Hercules dicitur ab eu-  
neō lebete in Erytheā insulā, quā Gades Pherecy-  
des dixisse uidetur: uel ut alij, ærata naue, usus pro  
uolo leonis pelle, pro malo clava, pro rudentibus lo-  
ris pharetræ, pro remo arcu. Hinc frequēs illud Gre-  
cis dicterū, ἄλλο τὸ γὺνι οὐ κώπης. Cum enim in  
suetā hanc nauigationē homines indigenæ specta-  
rent, clamabant, aliud hoc genus remi, ut est à Plus-  
tacho relatum. Alij poculo nauigasse perhibent:  
quam rem ad historiam refert Macrobius, ut nauia-  
gio uidelicet eo nauigauerit cui nomine scypho. Alij  
quod Hercules ipse bibosus esset, et immanibus uic-  
retur poculis, ut est pluribus disputatum apud Athe-  
næum, et nos hac de re aliquid infra dicemus. Sunt  
qui fabulam aliter recitent, ipsum cum sui itineris  
terminum columnas ponere statuisset, et meridie  
solis aestu affectus esset, in deum telum conieciisse:  
deum admiratum herois robur, eiq; aureum pocu-  
lum dedisse, quo in Erytheam ad Geryonis boves il-

le enauigauit. Alij eo in Pergen peruenisse aiunt, inde per oceanum ad Prometheus nauigasse, ac illum, ut diximus, è Caucaso liberasse, à quo edo-  
ctus est, ne ad mala aerea ipse accederet, sed ad ea accipienda Atlantem mitteret, ipse Atlantis tan-  
tisper uices subiret, dum rediret. quod ubi factum  
est, ne Atlas cœli onus iterum subire cogeretur, se-  
tria illa mala ad Eurystheum allaturum recepit:  
uerum à Prometheo præmonitus Hercules, At-  
lantem hac arte fecellit. Sustine, inquit, donec pe-  
ram capiti componam, ut facilius humeris onus in-  
cumbat. ille humi poma deponens, cœli onus sub-  
iuit: at Hercules poma colligens uale dixit Atlan-  
ti, ac ad Eurystheum ea ipse detulit. Quidam ergo  
mala dicant à Bœotijs sacrificari Herculi: unde  
Herculis simulachra nonnulla ab antiquis finge-  
bantur tria mala sinistra gestantis, cuius signifi-  
cationem superius adscripsimus: triplicem scilicet  
illius uirtutem fuisse, non iracundum, non auas-  
sum, non uoluptuosum. Est adhuc uidere in Cap-  
itolio Herculis colossum aheneus malum manu por-  
rigentis, quem superioribus annis effossum audi-  
ui, ubi olim fuerat ipsius Herculis ara maxima,  
ad forum boarium. Sed ne historiam mittam, sunt  
qui Herculem ipsum, non Atlantem, ad hortos He-  
speridum

peridum profectum aiunt, draconemq; pernigis  
tem domuisse, quem nonnulli ex terra natum, quia  
dam ex Typhone, et Echidna, centumq; capi-  
ta, centumq; uoces habuisse. Alij uolunt id pasto-  
ris fuisse nomen, nec poma, sed oves fuisse, que  
aureæ ideo appellate sunt, uel propter earum de-  
corem, siue quod ex pecoribus antiquis diuitiæ con-  
stabant, unde etiam aurea uellera dicta sunt. Nec  
desunt qui in Chemicam artem hæc uellera refre-  
rant, ut Eustathius et Suidas, id quod in nostris  
annotationibus clariss ostendi. Huic quoq; fabio  
le locum dedit uocabuli ambiguitas, Græci enim  
et pomum et pecus eadem dictione significant,  
hoc est, τὸ μῆλον. Solet à doctis queri unde Her-  
cules Melius dictus sit. Quidam non à pomis, de  
quibus modo egimus, neq; ab ouibus, sed aliâ quam  
piam afferunt historiam. Bos, aiunt, cum esset Hercu-  
li immolandus aufugit: cum uero nihil esset quo  
res sacra deo fieret, malum, quatuor suppositis ras-  
mis pro pedibus, et duobus pro cornibus, in formâ  
bovis, illi in sacrificium oblatum est. Unde in tenues  
et frugales, qui nomen quidem magnificum gerunt,  
at nullis opibus pollent, prouerbium factum est,  
Melius Hercules, hoc est, ex malo factus Hercules.  
Dicitur et malum Hercules, ut ex Apollodoro Zen-

bius tradit. At Pollux in primo ab his euariat: Alii enim in Boeotia de malis fructibus Herculi rem sacram fieri, idq; ea causa contigisse, quod cum forte aries ei in sacrum adduceretur, Asopus fluuius adeò excreuit ut adduci non posset, tum qui sacrum procurabant malum maturum & pulchrum pro ariete accipientes, ei quatuor festucas pro pedibus, & duas pro cornibus fixerunt, atq; eo modo rem sacram peregrisse: unde postea apud Thebanos & Boeotios id moris permanxit, uocates μῆλον ἡρακλῆς. Sed his missis Hesperidum sequuntur fabula, quam Hesiodi expositores ita interpretantur, ut per eas, uespertinas horas, per poma aurea, stellas atq; astra intelligant. Herculem uero iam solem appellari non semel diximus. Surgente autem sole astra rapi uidentur, hoc est occultari, & idcirco Hercule τρυπήσαι, hoc est, poma aurea abstulisse dicimus. Alij à Nereo Herculem monitum scribūt, eum non posse Hesperidum mala colligere, nisi Atlantis ope iuuaretur, atq; ideo ad Atlatem iuuisse, cœlumq; pro eo tulisse. Quidam Hesperidas puellas ab Hercule liberatas tradunt, cum forte ludentes à piratis in litora raptæ fuissent: quas cum patri restituisset, ab eo astrologiam ac sphærarum rationem edidicit: unde est poëtis ansa fabulandi præfata, ut Herculem canerent.

anerent humeris cœlum sustinuisse magistro Atlante firmius. Xenagoras putauit Atlantem primum iuisse qui syderū rationem excogitarit, à quo id sit doctus Hercules, et ita post Atlantem secundas tuisse: uerum mox grauioribus studijs operam cum laret, astronomiam ipsam Atlanti reliquisse. Alij Herculem cœlum sustinuisse uolunt, cum bello giganteo dei omnes fermè in quodam coeli angulo deservissent: quod non sine ratione factum nos putas. Nam cum gigantes, qui impij fuerūt, deorum immortalium religionem cultumq; penitus tollere tentarent, eum Hercules semper incolumem seruauit, qui ut à diligentissimis rerum scriptoribus obseruatum est, maxime religiosus fuit, atq; perinde ad iuramenta minime procliuis, quippe qui semel tantum toto uitæ suæ tempore iurasse perhibetur, idq; Phyleo Augie filio. Quia causa factum arbitror, ut inter gentium iuramenta ipsius Herculis nomen sit longe frequentissimum. Torridā zonam, et Libye aestuantes harenas incolamis pertrāsivit, quod olim miraculo adscribebatur, nunc uero minimè, ut tot nostrorum temporum nauigations ostendunt. Insuper Hercules Brevia et Syrtes naue amissa pedes superauit. Sed quoniā incidimus in Lybiæ mentionem, hoc loco addendum est quod ab Alexandro

polyhistore traditur et Iosepho, cū de Africa uterq; loqueretur. Filijs autem Abrami auxiliū præbuisse Hercule in Libya, et duxisse uxorem filiā Iaphran nomine Hecēam, & genuisse ex ea Dodorim filiū, cuius fuit filius Soron, ex quo barbari Sorophaci nominantur. Ibidē Græci fabulantur ab Hercule Anatum Neptuni et Terræ filiū palestra devictū, coronatumq; à Mercurio post certamen: cuius quidē Antæi ea uis erat, ut quoties matrem Terrā attingeret, eo fortius & acrius hosti instaret, atq; ea de causa illum sublatū brachijs & pectore nitens Hercules comprescit, ut adhuc in statuis antiquis marmoreis preclarè cum Romæ, tum alibi cernitur. Sunt qui fabulam interpretentur, quod Antæus in palestra esset in supplantandis hostibus, implicandisq; & explicandis huminexibus, peritissimus. Sed de Terræ filijs qui dicuntur, qui Iouis, qui Neptuni, alibi plura, nunc ideo reliquam huius historiæ partem prosequemur. Columnas in occidente, quæ de eius nomine Hercule dictæ fuerunt, erexit, de quibus inter alios longa est Strabonis disputatio. Has certe Pindarus in Olympijs posuisse uidetur, pro eo quod est summā attingere, ita ut interpres obseruat, pruerbij uice usurpetur, Herculis columnas attigit. Has uero columnas Briarei quidam vocauere. Inuenta

est

Item Herculis columna in Italia, ut Aristoteles  
ribit. De ijs uero quæ in Africa ab eo positæ fues-  
int, superius diximus. Mediterranei maris ostia ob-  
ruxit, ne cete ac immaniores oceani belluæ in is-  
sum influerent. Alij rem ita factam uolunt: Calpen-  
⁊ Abylen montes prius iunctos fuisse, mox ab Her-  
cule patefactos, appellatosq; Herculis columnas.  
Quidam hos ipsos montes procul spectantibus ge-  
ninas columnas uideri dicunt. Alij in Tyrios, et eis  
latum oraculum, quod colonium deducrent ad  
Herculis colubas. Refrunt nonnulli à coluna po-  
sita in templo Herculis Gaditani, in qua templi sum-  
ptus descriptus erat. Alij quoq; alii dixerunt. Sed  
⁊ præter Herculē, Bacchum quoq; et Alexandrū  
in suarum expeditionū terminis columnas posuisse  
memoriae proditum est. Hercules præterea ipse  
à balena aliquando deuoratus fuisse dicitur, ex qua  
tamen in columnis emersit, nisi quod est omnibus pi-  
lis exutus, ob scilicet internum belluæ calorem. res  
quidem ut historia à Græcis traditur, quam et in  
Ionam repetit magne apud Christianos autoritas  
tis Theophylactus. Eandem et Lycophron atti-  
git, Et Zezes Isaacius interpres explicat. Busio  
rin Aegyptium regem, hospites necantem, occisi-  
dit, et cum eo eius filium Ithidamanta, et Calbin-

praeconem, ut Pherecydes prodidit. Sint licet inter  
 scriptores, inter quos Eratosthenes, qui dicant, ma-  
 lum unquam fuisse hoc nomine regem, sed huiusca-  
 crudelitatis nomen illi irrogasse Osiridis sepulchrū,  
 ad quod homines rufi necabantur, quod eo colore  
 Typhon Osiridis occisor fuerat: deinde boves ru-  
 fæ, unde conslatū sit Bæsicor nomen, et aræ  
 Busiridis. Constanstamen scriptorum opinio est, il-  
 lum Neptuni filium fuisse et Libyæ Epaphi, licet  
 Agathon Samius Aganippes filium dicat, tyrannia  
 demq; apud Aegyptios exercuisse: de cuius crude-  
 litate in annotationib. nostris multa diximus, deq;  
 illius monitore Thrasyllo, qui primus Busiridis im-  
 buit aras, ut Ouidius et Claudianus post Græcos  
 canūt. Domascū de rupe præcipiti deiecit: et Tera-  
 merum, hominum capita quassantem uerberibus,  
 Hercules intermit: unde et Termerum malum, cu-  
 ius in Theseo meminit Plutarchus. Aemathionem  
 Aethiopum regem bello superauit. Cretam insuo-  
 lam, quod ibi Iupiter natus esset, quodq; Cretenses  
 ingenti illū honore affecissent, à feris immunem redi-  
 didit. Idem et in Libya fecisse dictus est. Tempe lo-  
 cum amoenissimum in Thessalia, ut multoru est opi-  
 nio, aperuit patefactis montibus. Est quoq; in Gre-  
 corum fabulis traditū, ipsum Herculem Mycalessi  
 mare

nare aperire solitū singulis noctibus, rursumq; clausere. Minei fluminis alueū in Boeotia effodit. Olbio item fluvio per Pheneatarum campum alueum fecit longitudine ad quinquaginta stadia. Hunc Arca lum quidam Arianum, non Olbium uocant. Illud quoq; miraculum traditur, quod cum sitiret Herculeis in Thessalia apud Anticyran, fluuium emerfisse, ad ferendam ipsi ardenti opem. flumini nomen indi- um Dryas, qui à Sperchio XX. stadijs distat. Myriagadan urbem tunc opulentissimam in serua- utem rededit. Celtas Gallos à mactandis humanis victimis abstinere coēgit, Alexiamq; apud eos urbē condidit, quæ carum mox gentiū metropolis facta est. Albionem & Beergionem Neptuni filios deuicit. Cum uero inter pugnādum telis fortè defutatus esset, patrem orauit, qui illi lapideā è cœlo pluviādemisit, unde sunt ei tela sumministrata. campo ad a uic nomen lapideo. Germani quoq; Herculem suæ regiones lustrasse in suis annalibus tradidere. quod & Britanni. Quin et ab Albione, de quo modo me minimus, Britannia insula prius Albion nuncupata est. Venisse post hæc in Italiam Herculem ferunt, montiumq; iuga & Alpeis patefecisse, viamq; strasse, que et à suo nomine Herculea dicta est. Sunt & qui Tauriscum ab Herculis tauris urbem ibi no-

minatā uelint. Descendit deinde in Latium, ubi à Postumio & Pinatio benignè est hospitio suscepitus: quibus et quo sacrificiū ritu se coli uellet, mane uidelicet et uesperi, mōstrasse literarū monumētis relati est. Sedenim cum primū res diuina mane facta es- set, uesperiq; pro instituto repetenda foret, Potitius prior aduenit, Pinarius uero senior, extisiam redditis. Vnde iratus Hercules statuisse dicitur, ut Piniorū familia tantū ministra esset epulantibus Potitijs: ex quare et Grāmatici à fāme pinarij uocabuli deslexū arbitrantur. Est quoq; in historijs proditū quod Appius Claudius censor cū aduersus responsum ad seruos publicos sacra Herculis transtulisset luminibus est orbatus, & Potitiorū gens quæ prodidit, intra unius anni tempus extincta est. Decima quoq;, ut quidā putant, ab his honoratus fuit. Manserunt Romæ longo tempore Piniorum & Potitiorum familiæ. Creditum est antiquis, qui Hercules decimam uouerent, ditiores et locupletiores fieri eam probat Plutarchus opinionem, quod Hercules ipse boum Geryonis decimā immolarit, uel quod Romanos ab Etruscis decimari solitos liberauerit. Sunt qui putat eo moriēte prædixisse, qui facultatem decimā consecrassent, eos demū locupletes futuros. Quinimò & Hercules ipse diuinijs præesse credi

ur. Vnde, diues amico Hercule, ut ait Horatius, &  
 lexter Hercules erat in uotis. Tamen si hoc ipsius uo  
 :abulū in cuiusdā mercenarij somniū ab alijs refre  
 ur, quo Hercules occultū thesaurū somniāti ostena  
 lit. Celebratur et illud M. Octavius Herēnij somniū,  
 quo Herculis uictoris illi cognomē est additū. Cum  
 nim Octavius mercaturā exerceret, idq; illi pro anē  
 ni sentēlia succederet, decimā Herculi nō dedit. Ac  
 cedit autē cū nauigaret, ut à piratis circūueniretur:  
 ille, ut erat animo intrepido & forti, strenuè ac ani  
 mose pugnauit, atq; ita piratarū manus euasit: in se  
 quēti uero nocte ei uisus est adesse Hercules in som  
 nijs, qui illū moneret, cū seruatū sua opera. Qua de  
 re Octavius tāti beneficij haud immemor, area im  
 petrata à magistratibus, Herculi uictori ædem po  
 suit, apposita in rei testimoniū et monumētū statua  
 cū inscriptione. M. tamē Varro Herculē ideo uicto  
 rum nuncupatū asserit, quod omne ferarū et noxio  
 rum animalium genus superauerit. Fertur & aliud  
 Sophoclis poëtæ somniū, quo deū uidere uisus est  
 prodentē sibi, quinam graue aure à paterā ex æde  
 surripuisse: quod ubi cōperiū fuit, ab Arcopagitis  
 phanum indicis Herculis est constructū. Sed cū de  
 Hercule somnia narrare, cur nō & que de interpre  
 tatione somniorū scribit Artemidorus hoc loco affe

ram? Is igitur libro ij. Onirocriticōn ad Casium Max. scribens ait: In somnijs Herculem uel ipsius statuam uidere, omnibus bene institutis & secundi legem uiuentibus, bonum significare, et præsentin si aliqua sint iniuria affecti. Nam & hic deus cum inter homines degeret, affectis iniuria defensor fui ac uindex: ijs uero qui præter leges uiuerent, alijsq; iniurias inferrent, & iniqua agerent, iniquus fui deus ac malus. Atq; adeò hac ratione bonus est ij qui certamen ineunt, uel iudiciū, uel pugnā: hinc & Ηελλίνις & θεος uocatus est. Qui autem cū Hercule uersari uidentur, aut cum eo aliquid efficere aut simul cibum capere, eiūsue aliquid habere, aut ab ipso leonis pellem, clauāmue, aliudue ex ipsius armis sumere, obseruatum est id malum significare & absurdum, & longa experientia didici. Quād uero decens est, & rationabiliter cōtingit & rectè ut quadeus uetus est uita ipse dum inter mortales esset, hac eadem & ea per somnia intuentibus præbeat? Hæc fermè Artemidorus. Sed iam missis somnijs, reliquum fabulae agamus. Hercules cum adhuc in Italia esset, Euandrum literas docuit, ut autor es Iuba, à quo & diuino honore affectus est. Nec de sunt qui autore Polybio, Pallāta, qui à Poëta Euandri filius dicitur, Herculis filium dicant, ex Dyn-

Euandr

Euandri filia. Ab Euandro mox ara maxima est Herculi dicata, quam ei statuendam Delphicus Apollo multo ante prædicterat: uel, ut alij tradunt, Euandro à matre Carmente, que ex Nicostrata, et Themis dicta est. Ara uero hæc maxima cōstructa fuit in foro boario, quod ex ab Herculis bobus mactatis dictum scriptores uolunt. Traditum est cum hæc ara aliquando incenderetur, à Pinarijs seruatæ fuisse, id quod ex Vergilius subinnuit, cum ait:

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Quam circū aram lectisternia fieri religio fuit, sacerdotesq; aperto capite ibi, ex populeis coronis evincti tempora, prius rem sacram faciebant, quas quidem coronas in laureas postea commutauere. Illud obseruat Varro, nefas fuisse canem intra muros apparere, dum Herculi sacra fierent. Quidam consuetudinem hanc ex Cerbero emanasse uolunt: alij in historiam Lycimnij pueri auguris à cane occisi recordunt, cuius causa ab Hippocoontibus prælia multa decertare coactus fuit, in quæ multis ex amicis amissit, atq; inter cæteros Iphiclū fratrem. Nam id quod à nonnullis scribitur, Hercule odio semper canes habuisse, parum cōstatre uidetur: comitem enim canem Græci scriptores Herculi attribuerunt, id in primis affectentes: Cum Tyri, aiūt, Hercules de amo-

42 LILIJ GREG. GYRAL.  
bularet, canis illi comes ex uetus heroum lege adi-  
erat: qui cum forte mordicus muricem fregisset, con-  
chylij cruore os infecit: quam rem cū uidisset Nym-  
pha Tyros, quæ perditæ ab Hercule amabantur, se-  
uis, inquit, Hercules nostri tibi copiam fieri, istius  
mihi coloris uestem infectam afferas: quam rem se-  
cum altius uestigias Hercules (quæ enim amantis ma-  
ior est industria?) purpurea cruorem tandem cogno-  
uit, unde ex eius infecturam excogitauit. Quidam  
ad Phoenicem regem eam purpuram delata ab Her-  
cule tradunt, qui primus eam gestauerit. Muscae  
præterea legimus Romæ in eadem Herculis æde, de  
qua modo meminimus, non intrasse, ut obseruauit  
Plinius. Verum ex à Græcis talis fabula narratur,  
quod cum in Olympiarem diuinam saceret Hercu-  
les, ex muscæ illi ualde molestæ essent, iouem orafe-  
se ferunt, quem à re Apomyion vocauerunt, atq; ita  
muscæ omnes ultra Alpheū amnem euolauere: qua-  
re ab eo tempore Elienses iouē Apomyion muscas  
abigentem, multa ueneratione coluerunt. Solinus id  
accidisse Romæ tradit ea ratione, quod muscarum  
deum Myagrum rogauerit. Canes uero, propter cla-  
uem templi foribus appositam. At ne historie te-  
xutum mittamus, cum in Italia esset Hercules, Italos  
ab humanis victimis reuocasse dicitur: ex ne rei no-  
mitate

suitate turbarentur, mutato ritu patrio, hominum  
simulachra ac scirpeas effigies XXX. exturbas-  
ri ex ponte sublicio in Tiberim instituit. Eas uero  
imagines Argeas dixere, ab Argius scilicet Hercu-  
lis socijs. Cacum mox predonem Vulcani filium, ore  
ac oculis ignem efflantem, quod uaccas abegerat in  
môte Auentino occidit, qui ab Herculis filio, ut mul-  
ti tradūt, cognominatus fuit. Cernitur, ut credit uul-  
gus, hodie quoq; eius spelunca pars. Caca Caci so-  
ror, quod Herculii indicium fecisset de boum furto,  
diuinitatem est consecuta, quæ dea à Romanis cole-  
batur, à quibus & Faula quoq; dea, quam Herculis  
escortum fuisse ex Verrio seu Ennio Lactanius do-  
cet. Hec uero de Caco Solinus. Cacus, inquit, ha-  
bitauit locum cui Salina nomen est, ubi trigemina  
nunc porta: hic, ut Cælius tradit, cum à Tarchona-  
te Tyrrheno, ad quem legatus uenerat Marsia re-  
gis, socio Megale Phrygi custodiæ foret datus, frus-  
tratus vincula, unde uenerat rediit, præsidijs am-  
plioribus occupato circa Vulturenum et Campaniā  
regno, dum etiā ea attrectare auderet quæ cōcesses-  
rant in Arcadiū iura, duce Hercule, qui tūc fortè ad-  
erat, oppressus est. Haec tenus quidem Solinus. Cha-  
rybdim anū uoracissimā, quæ ipsa boues abegisse fer-  
tur, in mare deiecit, nomenq; dedit periculofissimo

maris Siculi loco. quidam ab Ioue fulminatam trans-  
 dunt. Celebratur et illud Herculis factum: nam cum  
 prope montem Cimim esset Hercules, a populis pro-  
 vocabatur, ut virtutem suam ostenderet. Ille autem  
 uectem ferreum quo exercebatur, terre infixit: qui  
 cum a nullo posset auferri, rogatus ipse abstulit: ex  
 quo loci foramine et hiatu subito tanta uis aquae ef-  
 fluxit, ut lacum ibi monti cognominem efficerit. Cum  
 uero per Italiam Siciliam versus cum bobus Hercu-  
 les proficiuceretur, nimioque aestu sitiret, a muliere  
 aquam petiit, illa se non posse prebere respondit,  
 quod is dies Bone deae sacer erat, quo nefas sit uis-  
 rum quenquam gustare, quod sit a muliere paratu.  
 Iratus hac re Hercules, ipse quoque suis sacris mulie-  
 res interdixit, Potitioque ac Pinario ut eas arcerent  
 imperauit, atque, ut puto, non aliam ob causam mu-  
 lieres etiam ab Herculis iuramento abstinebant.  
 Hanc rem de Hercule sitiente Alcimus Siculus di-  
 uerse retulit, ut est apud Athenaeum: ea enim causa  
 factum ait, ut Italicae mulieres uino abstinerent, et  
 aquam biberent. Cum apud Crotonem cuiusdam  
 uxor illuc Herculi iter facienti, potumque petenti, ui-  
 ro persuasisset, iniquum esse si quod conditum ha-  
 beret uinum dolio, illud effoderet hospitis eius gra-  
 tia, atque ideo aquam iubebat afferri: uerum cum in  
 porta

porta esset Hercules, mulierisq; uerba audiuisset, iūrum quidem ipsum laudauit qui eum ingredi iusserrat ut dolium conficeret, quod lapideum factum inuentum. Atq; hac causa, inquit Alcimus, factum est ut Italicae mulieres perpetuò aquam biberent, quod hac nostra etate minimè uerum est: plurimae enim bibaces ac ebriosae sunt. Apud Phlegræū montem, quem ob incendia multi Vesuvium esse putant, Gigantes uicit, id quod tamen apud autores est in ancipi. Huic monti suppositum fuisse Alcyoneum gigantem traditum est, qui cum alijs ab Hercule deuictus fuit. Ibidem et Herculeū oppidum fuisse acceptimus. Graeci nonnulli Pallenē Thracie potius Phlegram nūcupatam uolunt, quæ à gigantibus in coleretur, ad quos ubi Hercules appulit, cum eis pugnauit: cumq; forte in ea pugna multa fulmina deciderent, finxere poëtæ deorum bellum cum gigantibus fuisse. Phlegram uero ob id quidam dictam uolunt, quod Hercules ibi gigantes à se deuictos combuserit. Gigantes autem M. Tullius et Macrobius aliud nihil significare contendunt, quām impiam quandam hominum gentem deos negantem, et ideo existimatam deos de cœlesti sede pellere uoluisse. Horum quidam gigantum pedes in Draconum uolumen desinre dictos, quod significat, nihil eos rectum

nihil cœleste cogitasse, totius uite eorū gressu atq; progressu in inferna uergente. Puis quoq; in Italia ab Herculis socio, uel ut alij, Vlyssis, dictas fuisse legimus. Viam alteram atq; aggeres prope Auernum struxit de suo nomine. Est in Campania in Stabiano, quæ uocatur Herculis petra. Apud Locrēscidas precibus suis mutas effecit: alij apud Rheygnos, qua de re uariè à scriptoribus traditur, ut in nostris annotationibus collegimus. Erythræos à bestiola raneis infestissima, quam illi ipon uocant, liberauit, unde et ab ijs Ipoctoni nomine colitur: uti etiam ab alijs Conopionis, quod eos à culicibus, quos illi conopias uocant, tutatus est. Reperias aliquos qui cornopiona, non conopiona legit, quod cornopias fugavit, hoc est, locustas, quas alij πέρποντες uel ἄρειδαι uocant. Baulis nomen dedit, quod ibi boues ipsius sint stabulatae: nam et primū Boalia dicebantur. Pompei quoq; oppidū in Campania ab Herculis triumphali pompa dictum est. In Siciliam cum bobus traiecit, eo cornu bouis unius innitente, ubi à Nymphis calidis aquis est refotus. Est ab auroribus Græcis proditum, post labores Herculi calida subministrata balnea à Pallade fuisse, ad sudores uidelicet et scabies abstergendas, quas ex laboribus contrahebat: quod non sine ratione factum quiuis indicare.

judicare potest. Viro enim forti et sapiēti, post labores sua ipsius uirtus quietē ac trāquillitatem affert. Inoleuit inter Græcos prouerbium, Herculea lauacra, & Herculea scabies. Sint licet qui dicāt non à Pallade, sed à Vulcano ea balnea primū feruētia sub ministrata, & deinde calida, cuius sententia est Ibycus Lyricus poëta. Erycē Butæ, qui monti in Sicilia nomē dedit, palestra uicit, regnoq; priuauit. Deinde Leucaspim, Pseudicratē, Euphonū, Glycatan, Bute, & Crytiden Sicalorū duces interfecit. Proserpine ac Cyane Nymphæ, Proserpinæ nutricis sacra instituit. Cū illi boues in Sicilia sublati fuissent, Motye mulier eos indicauit Herculī, unde ab ea Motye ciuitas in Sicilia est nuncupata, ut scribit Hecatæus. Ab Agyrinæis diuinis honoribus se coli passus est, lacumq; promœnibus, ut eis gratiam referret, de suo nomine effodit. Templū Geryoni in Sicilia posuit. Legimus quoq; oraculū et sortes Geryonis, sed ubi locorū essent, haudquaquam integre seitor. quidā prope Pataniū arbitratur. Iolao sacra instituit, que Iolaiā dicuntur, ab alijs Heracleia. item certamen Iolaium. Qui uero Iolaijs initiabātur, nutrire tanisper comas opus erat, quoad opimis victimis deum placassent: si qui ab ijs institutis defecissent pueri, muti atq; imbecilles cuadebāt, nec liberari aliter

poterant, nisi uotis eisdem deo cōciliato, ueniā impetrassent. Lacinium prēdonem interemit. Iunoni Lacinie templum erexit, ubi ex eodem nomine promontorium. Soluū malum hospitem et serum devicit, à quo, ut Hecataeus et Stephanus putant, ciuitas Glōv̄s in Cilicia est nominata. Crotonem incaute occidit, à cuius nomine urbē adificandā prædixit: qua de re ita à Poëtis traditur, quod cum Hercules rediret ex Hispania cum bobus, à Crotone est hospitio susceptus, cui prædictum ibi futurum, ut alio quando ciuitas conderetur, id quod postea evenit. Nam cum Micylus Argolicus in somnis ab Hercule monitus fuisset, ut patriam relinquens ad Aesaris fluminis ostia proficisceretur: id uero Micylus facere adortus à suis ciuibus captus est, quod cōtra patris leges migrare uoluisset: id enim per leges erat prohibitum. Cum autem de capite ferenda esset sententia, sortesq; educerentur, orauit Herculem Micylū, cuius monitus sequi uoluisset, ut sibi eo casu aderet: tum dei numine factum est, ut sortes quæ atricoloris erant, in candidum uersæ sint, unde est Micylus absolutus, qui mox oraculum Herculis secutus, ad Aesarem fluuium peruenit, ibiq; urbem cōdidit, quam de nomine ibi sepulti Crotonis, Crotonem vocavit. Infros deinde Hercules adiit, quem quæ

Charon

Charon portitor territus Stygem paludem trans-  
uerserat, per annum in compedibus fuisse, Græci  
poëte fabulati sunt. Sicut et qui Plutonem vulne-  
ratum tradant. Pindarus quidem immotam eum te-  
nuisse uirgam ait, qua mortalium corpora ad infes-  
tos dedit, id quod in allegoriam ab alijs refertur.  
Hercules uero ab inferis Theseum abduxit. Fabulâ  
quidam sic interpretantur, quod Theseum Hercu-  
les è manibus Adonai Molosforum regis eripuit, à  
quo in carcerem coniectus fuerat, quod ipsius regis  
filiam unâ cum Perithoo rapere uoluisset, quē iam  
in regijs canibus lacerari idem reum iusserset. Amicî  
iam uero cū Theseo habuisse Herculem ab ea usq;  
pugnare legi, quæ cū Lapithis et Centauris fuit: coe-  
pisse autem incrementum in Amazonum bello, in  
quo ab Hercule Antiopa Amazone donatus fuit  
Theseus. Cerberū dein Plutonis tricipitem canem,  
uel si Hesiodū audiamus, τρικέφαλον,  
hoc est, quinquaginta capitū, ab inferis traxit. Sunt  
et qui ei draconis caudā attribuāt, dorsumq; uarijs  
serpentum capitibus refertū, quo monstro uiso poē-  
ce solem obscuratum prodidere, hominemq; ibi in-  
proximo p̄ timore in saxum obriguisse. Sunt  
qui scribant non propter Cerberū hominem saxum  
fūctum, sed cum is suapte natura timidior esset, non

men Herculis usque adeo formidabat, ut se in speluncam addiderit. At cum forte cōtigisset Herculem illos lac iter facere, caput è spelūca exeruit, Herculemq; prospexit: quo uiso in saxum dirigiāt, atq; inde factum uolunt prouerbium, Timidior proficiente, quod intimidos & stupidos dicitur. Ex Cerberi canis spuma aconitum uenenorum presentissimum prouenisse ferunt, idq; factum prope Heracleam Ponticam: quidam in Tænaro Laconiae promonitorio. Qui in Argonautica scripsérunt commentaria, promontorii esse aiunt prope Heracleā, Acherusium nuncupatum: unde ab Apollonio littus maris Achætias dicitur. At uero Herodorus et Euphorion ibi fellem Cerberum euomuisse tradunt, ex quo sit aconitum procreationem. Andron Teius Acheronta regē fuisse ait eorum locorum, cui filia fuit Dardanis, ex qua Hercules Pœmena filium sustulit, à quibus forè per ea tempora ibi defunctis, loca quæ urbi Heraclæ circumiacent, Dardanis & Pœmen nominata sunt. Sed ut ad Cerberū reuertamur, iij qui in poëtica theologia excelluerunt, per Cerberum interprebantur cupiditates, uitiaq; omnia, quæ (ut diximus) Hercules superauit: nonnulli terram, quæ uoret & consumat omnia: quidam infectos ac pestilentes terres uiropes, qui ab Hercule, id est, sole dissipantur discit.

discutiunturq;. Alij per Cerberum ueritatem intela-  
ligi uoluerunt, quā in profundo, quasi puto, ut De-  
mocritus dicebat, latitantem, in apertum Hercu-  
les, et apud homines produxit. Cerberū uero ait Pa-  
lephatus tricipitem uocatum ab urbe, de qua etiā  
superius, Tricarina, à qua et Geryonis fabula. Pos-  
sivebat, inquit, Geryon ex canes ingētes cū armen-  
tis, uni quidem nomen fuit Cerberus, alteri Orthus.  
tametsi male Orus à multis legitur, quē Hercules in-  
teremit in Tricarina urbe quam diximus, nondum  
ab actis bobus. At uero Cerberus unus boues conſea-  
ctabatur custodiebatq;, quem Molossus Micenaeus  
habere optabat: sed cum id fruſtra tentasset, à pasto  
ribus impetravit ut in cauernis Tænari occultato  
cane, illuc foeminas ad coitū mitteret, ut saltē ex  
eo sobolē acciperet. Hoc tēpore Eurystheus Hercu-  
lem ad canis inuestigationem ire iuſſit, qui tota ferē  
lustrata Peloponneso, tandem in Tænarum, ubi ca-  
nis latitabat, peruenit, ex cuius ſpecu eū abduxit:  
ex qua re confictum est, Herculem ex Tænari an-  
tro Cerberum ad auras traxisse. Atq; hactenus ferē  
ille. Sed ex alij ita de Cerbero ſcribunt, inter quos  
Hecateus Milesius: Serpentem, inquit, in Tænaro  
fuſſe, qui Plutonis canis ea de cauſa eſt appellatus;  
quod eius ſerpentis tantulo morſu homines inter-

irent, cum serpentem, id est Cerberum, Hercules ad Eurystheum detulit, & mox rursus ad inferos reduxit, ut scriptum compendi in græco X I I. Hercules laborū libello, qui sine autoris nomine apud me est, & in quo non vulgaris gentilium rerū eruditio. Homerus quidem primus canem Plutonis vocavit, sed non qualis esset ostendit. Post Homericum alij Cerberum nominauerunt, & tricipitē esse dixerunt. Popula uero corona cū ad inferos descenderet uelasse caput perhibetur, cum iam ex itinere lassus esset: unde foliorum pars que illius temporibus adhaeserat, candida, quæ exterior fuerat ex atro inferiori colore nigra permanxit. Sed & iij colores in ea arbo re adhuc cernuntur. Quidam ad naturalem causam referunt. Nam & physici quidam Herculem tempus significare autumant, ideoq; illi populum attribuunt, que bicolor est: tēporis enim partes, hoc est, diei & noctis bicolores sunt, ut in Cleobulina enigmate clarius à nobis exponitur in nostris ad Pictō interpretationis. Aliam hac de re interpretationem apud Græcos scriptores inuenio, quod scilicet Hercules ex Thesprotide regiōe iuxta Acherontem fluum eam regionem alluentem, populum ad Græcos transtulerit, atq; inde factum ut ex inferis eam aduexisse dicatur, quod Acheron fluis

mius inferiorum quoq; esse perhibetur, & ad hoc alius ludens Homerus, Acheroida populum uocat. In ludiis quoq; Herculi institutis populea corona, et illius sacris coronari solitos uictores, Pindarus & Vergilius testes sunt. Alcestis Admeti regis uxorem ab inferis liberauit: uel ut fabulæ tradunt, cum Hercules mortem obuiam habuisset, eam calenis adamatinis colligauit, nec prius soluit, quam Alcestis in uitâ reuocasset. Alij quod ab Acasti manibus liberata Admeto restituerit, fabulæ locum datum putant. Fabulam hanc subobscure Claudioianus in uictoria contra Alcicium attigit, cum cecinit:

Creditur Herculeis lucem renouasse lacertis

Fœmina, dilecti fatis impensa mariti.

Lycum regem cū ab inferis esset reuersus interemit,  
quod humili loco natus Megaræ nuptias optasset:  
Euro quoq; percitus filios ac coniugē necasse per-  
hibetur, qua de re Tragoedie extat: liberatum uero  
furore elleboro, à quodā uiro Anticyræo legimus.  
Sunt qui Iolao Megaræ cōcessam scribāt, qui Iphi-  
cli fratri fuit, et quo Hercules aliquādo auriga usus  
est. In commentarijs in Pindarū legi Iolau natū ex  
Hercule fuisse. Sed uereor ne parum, ut multis alijs  
in locis, græca et ipsa cōmentaria emendatè legan-  
tur. Expiatum uero Herculem. Athenis à filiorum

nece, tradit Sozomenus in histria, in sacris Eleusinianis deae Cereris. Menecrates autem à Sibalo scribit. Octo tamen filios ab Hercule imperfectos canit Pindarus, quorum haec nomina, Thorimachus, Creontiades, Aristodemus, Deicoon, Deion, Antimachus, Clymenus, Glenuus. A Bato uero & Pherecyde hi numerantur, Polydorus, Anicetus, Mecistophonus, Toxoclytus, Patroclus, Manebrontes, Chersibius. Quidam duos tantum scribunt, Therimachum & Deicoonta. Euripides his addit Ariostudemum. Sunt etiam qui non ab Hercule hos pueros imperfectos asserant, sed uel à Lyco rege, uel dolo interceptos ab Augia, uel ab hospitiibus qui busdam, ut est à Lysimacho proditum. Menecrates hos non Heraclidas, sed Alcidas appellatos ait. Hippocoonta Hercules Tyndarei fratrem Sparta expulit, eiusque filios bello devicit, Tyndareo in recogno restituto. Odium autem Herculis in Hippocoonta ita conflatum aiunt. Cum Hippocoon cum filiis Herculem Iphiti cæde pollutum expiare absuissent, & Oeonum adolescentem Lycimnij Alcmene fratri filium fustibus interfecissent, qui cum Hercule Sparten profectus erat, & Hippocoontis aedes speculans canem allatrantem percusserat: quare in eos Hercules concitatus, patrem & filios interfecit.

interfecit, inibiq; Palladis Axiopoene templum in  
rei memoriam cōstruxit. Antiqui enim ποντοὶ uta-  
tiones vocare, ut et nos, consuevere. Historiam plus  
ribus Pausanias est execulus. Acheloum fluuium  
Deianiræ nuptias optantem superauit, qui uarias  
subinde figuræ induebat: tandem taurus factus,  
altero est ab eo cornu priuatus, quod fortune et de-  
uatijs sacrum esse uoluit, ex quo Diuinitæ familiæ  
tuæ nomen, et insigne deductum putatur: tametsi  
si uariè de hoc cornu à scriptoribus refertur. Qui-  
dam enim eius fluuij caput, unum exclusisse tra-  
dunt, cuius irrigatione ea tota regio est facta fera-  
tilior, atq; idcirco cornu ipsum diuinitatem appellata-  
rum. Alij per cornu laborem Herculis intellexen-  
re, quo loca illa multa ubertate excelluerunt. Non  
nulli in capram Iouis nutricem referunt, quæ A-  
malthea dicebatur. Alij rem hanc ita interpre-  
tantur. Ammonem, aiunt, Libyæ regem uxorem  
Rheam cum duxisset, regnumq; circuiret, Amal-  
theam insigni forma uirginem confexisse, cuius  
amore captum, ex ea filiam non matre indigna su-  
scipisse, ex quo rex Amaltheam regioni cuidā p̄-  
fecit, quæ bouis cornu erat persimilis, unde et occi-  
duū cornu dicitur. Cū uero ea regio vineis ac poma-  
rijs, ceterisq; eiusmodi locis esset referta, ab Aphris

cornu Amaltheæ nuncupata est, unde ex prouera  
 biæ emanatum quidam pulant. Alij rem ipsam ita  
 tradunt, ut Herculem secum afferant semper et ubique  
 habuisse cornu, per quod quæcunque uolebat asseque-  
 batur. Verum, ait Palephatus, historiae ueritas ita se-  
 babet: Amalthea, inquit, hospitata est Herculem,  
 cum per Boeotiam ad Iolaum proficisceretur in The-  
 spias: cuius mulieris coniubernio et specie cum dele-  
 staretur Hercules, id Iolaus iniquo ferens animo,  
 pecunias quas mulier illa in cornu quodam occultas  
 habebat, clam auferre tentauit, quod ijs mulier op-  
 portuna et necessaria Herculi subministraret: unde  
 factum est ut ab aduenis Hercules Amaltheæ cor-  
 nu habere diceretur, quod ea mulier cuncta Hercu-  
 li necessaria proprijs sumptibus compararet. Sicut  
 et maiores tuos A N G E L E audiui olim non unius  
 Herculi, sed toti Bibiemne oppido aliquando annos  
 nam in eius maxima caritate distribuisse: qua re be-  
 neficij haud immemores ciues, publico edicto tuam  
 Diuitia familiam deinceps Diuitiam vocari statuerunt. Sed  
 familia hæc in presenti parcus, alias pluribus, nūc reliquæ  
 Herculis historiæ prosequar. Phyleum Thesprotio-  
 rum regem post hæc decuicit, ex cuius familia filius  
 Tlepolemum sustulit. Eurynomum puerum Archi-  
 telis filium, quem Cyathum aliqui appellant, Oenei  
 pocillatorem,

xocillatorem, seu, si liceat dicere, pincernā, uino ma-  
lefactus, cōdylo, id est, digitī nodo seu articulo con-  
ēcit, dum fortē ministrans parum nescio quid incus-  
us puer deliquisset: quam ob rem dolore confectus,  
et alydone unā cum Deianira aufugisse dicitur. Pue-  
rum hunc Hellanicus Archiam uocatum scribit, aliē  
bi uero Cheria. Sed Herodorus in X V I I. de Her-  
cule sermone, Ennomon, et Cyathum Pyletis filiū,  
fratremq; Antimachi, cui er ab Hercule ara cōstru-  
cta fuit, ut Nicander scripsit. At uero Athenaeus  
Rhananta puerum uocatum ait. Post hēc cum ad  
Euenum fluvium peruenisset, Nessum Centaurum  
Deianiram uiolare tentantē sagittis confecit. Phyl-  
lantum Dryopum regē, qui sacrilegio impius Delo-  
phici Apollinis templū uiolauerat, contudit, ex cui-  
us filia Antilochus ei natus est. Fuerunt uero Dryo-  
pes populi ad Parnassi radices, qui uel à Dryope  
Lycaonis er Diæ filio, uel à Dryope Penei er Po-  
lydore, cognominati sunt, uel ut alij, à Nympha  
eius nominis Eurypili filia: qui populi cum latroci-  
nijs et immanitate notarētur, eos Hercules fedes mu-  
tare coēgit. Sunt qui putat quod contra Herculem  
à Thiodamante acciti fuissent, quo tempore ab ipso  
Thiodamante spretus Hercules ei bouem abstule-  
rat: quare Deianiram quoq; armata tum temporis

ab Hercule fuisse accepimus, quæ sit nibilominus in mamma vulnerata. Coronū dehinc Lapitharum regem mactauit. Dorienses tutatus est, et Ormenium regem interfecit, ex cuius filia Astydamia Ctesiphonum procreauit. Cycnum Martis filium ipse primo in fugam uersus, dein reparatis copijs confecit. Hic quidem, ut Pindari interpretes scribunt, in Thessalia pretereuntibus insidias parabat, ut ex imperfectorum capitibus templum Marti parati construeret. In Herculis uero scuto græci exposutores Martem ipsum aiunt, cū filium protegeret, ab Hercule fuisse infemore vulneratum. Fuerat autem hic Cycnus Cœcis gener. Meminit et Cycni huius Diodorus. Sed in codicibus uulgatis pro Cycno, Cyonum legitur. Bolien quoq; puellam comprehesit Hercules, ex qua natus est Olynthus, à quo Olymphiacus fluuius prope Apolloniā Chalcidicā fluens, ut est ab Herosandri et Atheneo traditum: cuius quidē Olynti sepulchrum apud fluuium fuisse idem scriptos res prodidere. Olyntum uero ciuitatem Thracie Stephanus ab Herculis quidem filio denominatam scribit, sed matrem non nominat. Undecim etiam Nelei filios Hercules occidisse dicitur: cū enim duo decim essent, omnes præter Nestorem cōtra Herculem dixerāt, uel, ut ab alijs traditur, boues Erytheas abegérant.

begeant. Nestor uero eo tempore puer admodum  
pud Gerenios populos alebatur, unde et illi cognos-  
cen Gerenij, quē postea miro prosecutus est amore  
e Hercules, ut nobis superius est proditum: ei uero  
repercisse Isocrates in quadam oratione ostendit,  
um Messenem expugnauit. Sed inter hos Nelei fia-  
ios mira de Periclymeno narrātur, qui ut Proteus  
et Melra, in uarias subinde formas conuertebatur,  
dq; illi concessum ab auo Neptuno, ut Apollonius  
et Hesiodus canūt: ipsum tandem Minerue consilio  
Hercules in muscā conuersum, uel, ut alij tradūt, in  
ipem, claua cōfecit. Inter scriptores latinos sunt quē  
iqualam factum, non claua, sed sagittis confectū as-  
serant. Hesiodus utiq; et in serpentem, et in formē  
cam quoq; ac alijs mutari solitū dicit, id quod et in  
commentarijs in Apolloniū legimus. Icarum quoq;  
Dædali filiū in mari summersum, sepulturæ tradi-  
disse proditur. Oechaliam insuper regionē euerisse  
legimus, eiusq; loci regem Eurytū mactasse, quod ei  
primum quidē Iolen filiā desponderat, dcinde uero  
se daturum negarat. Quidā eius tantūmodo equos,  
et filiā Iolen, quam ardenter amabat, abduxisse  
ferūt, cuius certe puellæ iussione pro claua et leonis  
pelle, colū et pensa tulisse dicitur. Alij fabulosius rē-  
sic tradiderūt, quod Hercules in Liberalibus cū Iole

## 80 L I L I I G R E G . G Y R A L .

sie fletta ruitavit & habitū: unde Faunus exstūman  
Herculem puellam esse, ueste deceptus, ab Hercule  
fuit pede percussus in uentre , adeò ut procul illum  
proiecerit, atq; ut canitur, omnibus ad lumen luminis  
risus erat : quam tamen Iolen ferunt cum esset mori-  
riturus, Hyllo filio uxorem reliquisse. Iphitum prae-  
terea de altissima torri præcipitauit, quod Thebae  
speculationem uenisset, exploraturus an Euryti equos  
aspianus uideret: cuius cædis immanitate in eā aegria  
tudinem incidit, ut liberari non posset, nisi uenderea-  
tur ipse, preciumq; Iphiti filijs pro patris uita redi-  
deretur: unde aiunt in Asia ipsū migrasse, passumq;  
se uendi Iardane Omphales parenti, cui aliquandiu  
scriauit. Alij serpente interfecisse ferunt apud San-  
garim fluvium, eam regionem latè uastantem. Cero-  
copas quoq; latrones, à quibus & in malos uersipel-  
lesq; homines prouerbia facta sunt, Omphales iussu  
iuxxisse proditor. Sed hanc Cercopum fabulā com-  
modius & Latius retro prosequemur . Itonas Om-  
phales patriam infestantes sui uirtute compesciat.  
Ex Omphale uero, que cum libertate ob præclarā  
illius gesta donauit, Lamum, quem & Lamone uo-  
catum legimus, procreauit, cum ante a scriuuis ex ser-  
ua Cleolauum progeniasset. Apud scriptores aliquos  
inuenio Hyllum ex Omphale filium fuisse, coq; no-

mine

ine ab Hercule nuncupatum à flumine, cuius offa  
Phrygia fuisse Philostratus autor est. Sunt inter  
riptores qui Omphalen & Iolen eandem putent.  
Palæphatus antiquissimus apud Græcos fabularum  
sterpes, de Omphale in hunc fermè modū tradit.  
Omphale, inquit, Iardane (Iordanem licet perpe-  
tuum quidam scribant) regis Lydorum filia fuit, que  
Herculis fortia facta ac nomē audiēs, ad eū amandū  
rabeatur, cuius Hercules formā contēplatus, pari-  
lius amore correptus est: unde cum illa mistus Lao-  
nedontem, quem Lamonem alij uocāt, ut diximus,  
ilium genū: à quo, ut Sempronius ait, campi La-  
nones appellati, in quibus lapides compluti. Ad eō  
nero puella ipsa Omphale delctatus est Hercules,  
ut pro se eam imperare permetteret: quare, inquit  
Palæphatus, est à fatuis confictum, Herculem Oma-  
phalæ paruisse. Legimus præterea ex illud quoq; ei  
memorabile contigisse propter Iphiti cædem, cuius  
nodo meminimus, quod cum Delphos ad oraculū  
profectus esset, Xenocleam, quæ tum ibi fortè ua-  
'es erat, propter eiusmodi cædem oraculum & ua-  
ticinū ei dare spreuuisse: quare iratus Hercules, sub-  
latum tripodem uaticinij ex phano affportauit: tūc  
Xenocleam dixisse ferunt, alijs utiq; Hercules Ti-  
rymhius quam Conopius. Nam & Aegyptiū, aliū

62 L I L I I G R E G . G Y R A L ,  
quēpiā Herculē, prius quām Thebanū fuisse uolū  
quod superius attigimus: tum Hercules ijs uerbis m  
tus tripodē restituit, atq; à Xenocle a oraculum tul  
de ijs quæ scire uolebat. Hinc opinor illud à poëti  
confictum est, Herculem & Apollinem de tripod  
certamē habuisse. Post hæc Hylleum qui ad uinea  
agrosq; colendos uiatores compellebat, ligone per  
mit. Deos quoq; æternitate sua in uiolabiles, ab Her  
cule uulneratos proditū est: nā tricipiti telo ab eo li  
nonē uulneratā legimus, Plutonē uero cū esset apu  
in ferros. que non sine mysticaratione facta quiuis co  
gnoscere potest, qui Herculē solē, solisq; uirtutē a  
pud physicos significare meminerit, Iunonem uer  
æra, Plutonem terrarū abdita. Pæon a tamē deori  
medicū poëtæ aiunt sanitatē restituisse. Sed quis in  
ter Herculis labores nō illū maximū putet, quo The  
ssij Atheniensis uirgines 50. omnes una nocte mulie  
res fecit, atq; ex ijs 50. filios procreasse dicitur, quos  
Iolao duce, preter duos qui Thebis remanserant, à  
quibus Heraclidarū nomē propagatū est, in Sardi  
niā dimisit, que & à Sardo eius filio sic est nūcupa  
ta. Alij 49. tātū uitiatas ferunt, unāq; scruatā, que  
virgo mox in tēplo Herculis apud Thessias rem sa  
crā faceret. Alij maximā natu & minorē geminos  
peperisse prodiderunt. Herodorus tamen illas scptē  
diebus

diebus comprefſiſe et uiolasse ſcribit: tametí apud  
Athenæū in X III. perperā Thetij filias legimus,  
pro Thespīj, que turba Teuthrātia ab Ouidio nācu-  
patur ab auo Teuthrāte, ut ex Stephano et Eusta-  
thio diſidicimus, id quod nec Poliuius fuit incognis-  
tū. Herculē quoq; Herodotus ait cū ſemiupera mu-  
liere cōcubuiſſe, ex qua na:us fit Agathyrsus, Gelon-  
ius et Scythus, à quibus maxima orbis regio Scy-  
thia dicta eſt, et ſimul Agathyrsi et Geloni. Fruſtra  
uero Herculē legimus Petrā Aornon in India aggref-  
ſum fuſſe, cū tamē illud ab Arriano dicatur, qd' que  
ardua ſunt et difficultia, ne ab ipſo quidē Hercule fie-  
ri poſſe. Fuere apud græcos ſcriptores qui exiſta-  
rēt nō adeò inuictū Herculē, ut etiā iſum aliquādo  
ualde timuiſſe monumentis tradiderint. Nā cū poſt  
Troianā cladē in iſulā Coon delatus eſſet, oībus re-  
bus ferè amissis, in ea innumerabiles pecudū greges  
offendit, à quorū paſtore ouē rogauit. Erat forte pa-  
ſtor Antagoras uir fortiſſimus, qui Herculē ad luctā  
prouocauit: conditionē ſumpſit Hercules ea lege, ut  
ſi uinceret, arietē auferet. Initia pugna Antagoræ  
Meropes auxilio affuere, Herculi uero Graci: uerū  
longa deſeffus pugna, Hercules ad Thressam quam-  
piam mulierem auſfugit, apud quā habitu muliebri  
delituit: ſed ſuperatius tādem Meropibus, eft à cēde

84 L I L I I G R E G . G Y R A L .  
expiatus. Historiā scribit Plutarchus . Meminit P.  
Quintil. de hyperbole loquens: exquisitā, inquit,  
figuram huius rei deprehendisse apud principem  
Lyricorum Pindarum videor in libro quem inscri-  
psit hymnos. Is nāq; Herculis impetum aduersus  
Meropas qui in insula Coo dicuntur habitasse , non  
igni, nec uentis, nec mari, sed fulmini dicit similem  
fuisse, ut illa minora, hoc par esset . Post hæc uero  
Hercules Alciopi filiam duxit uxorem indutus ana-  
thina ueste, hoc est, ut ego interpretor, purpurea scie  
violacea: unde et apud Coos post pugnam eo habi-  
tu Herculi sacrificatur. Eodem pariter habitu in nu-  
ptijs à viro sponsa suscipitur . Est apud Athenæum  
in Dipnosoph. X I I . qui Herculem ut mollem et  
effeminate uituperet, adeò ut stragula et stromata  
Herculis, de mollioribus et delicatis lectis intelligi  
etia prodatur. Post hec et Philo Alcimedontis he-  
rois filiam compressisse dictus est , unde natus sit is  
qui ab Arcadibus Archemagoras dictus est. Expos-  
ita uero fuit Philo, ut Pausanias ait, undà cum infan-  
te, quem forte uagientem pica audiens, pueri uagi-  
tum emulata, ut earū avium est natura , Herculem  
inde transeuntem morata cantu detinuit, qui auem  
puerum existimans, matrem religatam et puerum  
reperit: quibus liberatis, fonti ibi proximo nomen  
indidit

indidit Cissa, hoc est, pica, quod per ipsam, matrem  
puerumq; repertos seruauisset. Illud præterea legi-  
mus, Hercule ex Iouis Chij sententia triplicē habuīs  
se dentiū ordinem, & propterea multi cibi ac potus  
fuisse, unde illi apud Græcos facta cognomina Poly-  
phagus, Addephagus, & Philopotis, itē Buphagus  
et Buthinas, quod integrū Thiodamatis bouē come-  
derit. Orpheus quoq; inter reliqua in eius hymno co-  
gnomina Pamphagū uocat, que omnia referre ad  
solem et tēpus possunt, à quibus omnia absuntur.  
Nos tamē his misis nūc sequamur fabulā. Non aliā  
ob causam Herculi apud Athenæū auis ab antiquis  
est attributa, que tum λερός tum κέπρος græcè,  
latinè modo fulica, modo gavia dicta est, nisi qđ sit,  
ut ille, uoracissima. Præterea & scyphum Hercule  
dicatum uolūt, quod bibax fuerit, tametsi hac de re  
alię afferūtur ratiōes. Nonnulli scyphum ipsum in  
Italiā seruatū affirmāt, pice obductū cōtra uetus-  
tem. Bouē insuper integrū uorasse dicitur, atq; inde  
uetus illud uerbū manauit, Hercules hospitatur, cū  
cōiuia, cōmissione sq; diutius producūtur, uel cū  
tarditatem, cunctationem uel alicuius significamus.  
Proditū quoq; Herculem aliquādo certasse cū Lera  
peo Pyrgei filio homine uoracissimo, ut Pausanias  
cit, uel ut alij, Cauconis & Astydamiae, quē Mitrīs  
in Herculis laudatiōe bibacissimū dixit, cūq; multis

poculis superatiū ab Hercule, quā rem multis uerfis.  
bus describit in X. Athenaeus. Hāc uero bibēdi con-  
suetudinē Græcis olim frequētissimā, Germani Gal-  
liq; omnē ferē ad se transtulerūt. Cæterū usque adeo  
uiribus Herculē ualuisse ac robore, inter omnes cō-  
uenit, ut de illo sit Græcis frequētissimum illud, eīxū  
Tēs Ἡρόελένι, quod ipsum frustra quis calūnietur.  
Itē illud, Hercules et simia, & quod huic proximū  
est, Herculis personā uel cothurnos infantī adaptas,  
quæ de ijs adagia dicūtur quæ parū cōueniūt. Tan-  
ti etiā spiritus fuisse dicitur, ut sine spiratioē ulla sta-  
dium unū currēdo cōficeret. Cognominatus est præ-  
terea à uilacertorū, lacertosus. Prouocatū tamē fe-  
runt, quāuis adeò robustus, olim à Pygmæis in cas-  
uernis Libyæ degētibus: hi cū Antei ab Hercule de-  
uicti fratres essent, isq; ex labore fessus somno se de-  
disset, ipsi ut fratrem ulciscerētur, fundis arcubusq;  
Herculē aggressi sunt, ille experrectus eos fudit, &  
corū aliquos leonina pelle inuolutos in aëra iactās  
uentilabat, qua de re pulchrè scriptū est in imagini-  
bus apud Philostratū. Vnde & illud apud Ammiae-  
num Marcellinū uice prouerbij usurpatum, ut Py-  
gmæi uel Thiodamas agrestis Herculē prouocat, de-  
ijs qui maiora uiribus aggrediuntur, aut imparia.  
Fuit uero Thiodamas agrestis homo ex Lindo Rho-  
di ciuitate, cui arāti Hercules unā cum socijs boues  
surreptos

surreptos abstulit. Philostratus unū tantū iugulasse  
 tradit, cūq; adeò integrè comedisse, ut ne quidē ossa  
 superfuerint. Interea Lindius Thiodamas Herculē  
 cōuicijs incessebat, sed mox cognito Hercule, Lin-  
 dij ei arā statuerūt, quā ex re Βόρυον appellauerā-  
 rūt, sacraq; Lindia, quae cōuicijs ac maledictis cele-  
 brabātur, adeò ut in proverbiū usq; res sit deducta.  
 Fuit alter Thiodamas, ut puto, Hylæ pater, quē alij  
 Thiomenū uocāt, de quo superius meminimus, qui  
 Dryopas in Herculem cōcitauit, quod ei bouē sur-  
 ripuerat. Sed de hoc plura tum Pherecydes, tum  
 Apollonij commentatores. An uero duo fuerint uel  
 unus, mihi incōpertū. Solitū etiā Herculē post labo-  
 res accepimus puerorum lusibus animū remittere,  
 unaq; cū ijs colludere, ac sēpius: quod à uiris doctis  
 illo Euripidis cōprobatur: Ludo, mutationes enim lá-  
 borū semper amo. hoc est, si græcè manuis, παιῶ,  
 μεταβολὲς γρὴ τὸν ωμὸν ἀσὶ φιλῶ. quae uerba assi-  
 stente puerulo ab Hercule dicuntur. Ipsum uero  
 Herculē diē obiisse, est literarū monumētis traditū;  
 infelici quodā ac tetro mortis genere. Nā ut scribit  
 Eusebius & Isidorus in Chronicis, cū in morbū in-  
 eidisset pestilētē, ob dolorū remediu se iecit in flam-  
 mas, anno ætatis suæ L I I. Manethon idem scribit:  
 Quidam autē anno X X X . alijs uero ante etiam  
 X X X . sunt qui ita rem prodāt: cū ipse Eurytili-

beros Iolis amore percitus nec auisset, ut antè diximus, idq; esset Deianiræ à Licha delatum, ea furore ac zelotypia, quā dicūt Græci, impatiēs, ultura a moris iniurias, tunicā Nessi Cētauri ueneno infectā (à qua est illud deductū, Ardēs tunica, de ijs qui seditionē mouēt) Herculi marito per Lichā ipsa misisse traditur. Lichā uero Hercules anteq; moreretur in mare abiecisse dicitur, atq; in eius nominis scopulū Lichā obduruisse: mox Hercules sagittis Philoctetæ Peantis filio, qui tum forte illi comes aderat, legatis, se in Oeta monte, ueneni ui percitus, in ardētissimam pyram cōiecit, ubi cum cremaretur nube obseptus, et ingētiissimo facto tonitru, est in deorū nomine receptus: unde est in frequenti sermonis usu apud Græcos, Dæmon Oetæus. Illud quoq; proditū est, Herculi oraculū aliquādo apud Dodonam daturū fuisse, quod uiri mortui manu esset moriturus. Dextra, inqt, perēpti uictor Alcide uiri Olim iacebis, hic tibi emēso freta, Terrasq; et umbras, finis extremus datur. Scribit Artemidorus Daldianus, seu postius Ephesius in libro de somniorum iudicijs quarto ad filiū, quod ex historia aliquādo somnia interpre tanda sunt: ut de muliere quapiā que in somnis pueravit se Herculis certamina perfecisse, que nō multo pōst incēdio perīt, quoniam, inquit, Hercules igne corpus absumpsit. Quibus cura et studiū fuit fabu

las colligere, tradūt, post Herculis mortē Iunoni Iō  
 uem persuasissē ut Herculē adoptaret, quod ipsa cū  
 se facturā recepisset, effinxisse in cœlo se illum pāre  
 re, fecisseq; ea omnia quæ parturientes facere solēt,  
 unde e᷇ illum mox generū sibi desumpsit, ei uxore  
 Hebe iuuētutis dea data, quæ illi post huius uitæ la-  
 bores secretiore quadā significatiōe merito e᷇ iure  
 cōuenit. Quidā Herculē in astra repositū frūt, En-  
 gona finq; uocari. Sunt qui Martis stellam Herculis  
 nomine appellēt. Alij ideo Herculē semet occidisse  
 tradiderūt, quod cum optimus esset astronomus, so-  
 lisq; defectiōes præuideret, id eū aut̄ uidere noluis-  
 se. Non mea quidē sentētia à recta nimis aberrarit,  
 quie a id causa factū crediderit, quod atra bile age-  
 retur, nec satis sui cōpos esset, quod e᷇ Aristoteli di-  
 ligentissimo philosopho placuisse uideo: nā et comi-  
 tiali morbo laborauit, unde e᷇ ab eo Herculeus est  
 appellatus. Aphri tamen Herculē in Aphrica inte-  
 rīsse putat, cū illuc exercitū egisset. Scribit Athe-  
 næus, cū in Libyā proficiseretur à Typhone occi-  
 sum suisse, reuocatū uerò ad uitā nidore coturnicis  
 naribus eius admotæ ab Iolao, atq; ob id ei Phœni-  
 ces de coturnice rem sacrā faciunt. Hinc factum est  
 prouerbiū, quoties ab ijs à quibus minime speramus  
 auxiliū ferimus, Coturnix fortē Herculē liberauit.  
 Vulturibus delectatū Herculē accepimus, quod in-

ter cæteras aues que carne uescuntur, ex animatū nā  
bil uorāt, sed cadauera potius cōflectātur. Vnde Ro  
manos quidā arbitrātur in augurijs ideo uultures cæ  
teris aubus præposuisse: quod tamē in Romulū nō  
nulli referūt, qui augusto carū augurio faustē Romā  
cōdidisset. Post Herculis uero mortē Atheniēses pri  
mi diuinos honores illi attribuerūt. Sunt ex Græcis  
qui scribat, interrogatū oraculū quo honore ac cul  
tu coli deberet Hercules, sic respōdisse, vuū μῆνως  
ἡρῷα, τῇ γὰρ ἐπιστολῇ θεῷ. Quibus autē in lo  
cis cultus, quótue illi aræ et tēpla fuerint erecta, nō  
puto præsenti negocio cōducere: ubiq; enim summa  
ueneratiōe cultus, communisq; deus appellatus est.  
Nolim tamē id te fugiat qd' in Musis olim adoleſcēs  
retuli, Herculē cū reliq; deis nō habuisse sacra, præ  
terq; cū Musis, eiusq; et Musarū Romæ in circō Fla  
minio ædes fuit à Fuluio nobiliore facta, qd' est plus  
ribus in Musis ipsis à nobis proditū. Quin et Musa  
geten deū uocatū à scriptoribus, scorsum ab Apollि  
ne. M. quoq; Philippus, ut Ouid. et Sueto. tradunt,  
eiusdē et Musarū ædē cōstruxit: primūq; Philostra  
tus ait poéticā circa uaticinia et oracula atq; Her  
culē ipsum uersatā fuisse. Statura uero habituq; cor  
poris maiorē fuisse Herculē q; hæc nostra frat̄ etas,  
Pythagorā collegisse ex stadio olympico, Plutar. et  
Gell. memorant. Quin illud Herodotus apud Scy  
thas

thus memorabile fuisse prodit, uestigium Herculis apud ipsos ostēdi petræ impressum virili uestigio simile, bicubitali magnitudine, iuxta fluum Tiren, quæ utiq; magnitudo admiratione digna est. Eundē insup dentiū triplicē habuisse ordinē, Ion poëta scripsit. Fuisse quoq; Herculē legimus admodum hispidū, atq; in primis circa nates, unde ex illi cognomē inditū Melampygos, hoc est, ut video quibusdā arridere, cluniater, quā rem ex tali fabella collegimus. Passalus & Alcmon, siue, ut alij scribūt, Alcimon, fratres fuere Memnonis filij, omnis celere & facinore inquinati, quibus olim mater Memnonis prædixerat ut à Melapygo caueret: illi nil magis ab infusato desisterūt. Accidit fortè cum Hercules sub arbore fessus recubaret, ut ij fratres Herculii insidias tendarent: quod præsentiens Hercules ambos cepit, ligatosq; per pedes à tergo suspētos clava gestabat: qui cū demissis capitib. Herculis nates uiderent nigras, maternæ monitionis memores, inter se tacitè summurabāt: quos audiens Hercules, re intellecta, eo fertur cognomine usque adeo delectatus, ut statim vinculis solutos impune abire permiserit. Locus ubi id cōtigit Melampygos uocatus est, iuxta Cerconem hedras, hoc est, Cercopū sedes. quā historiā cū parum valla intelligeret, ei causam dedit ut illud apud Herodotū male exponeret. Nō enim Melapy-

quoniam nigrū fontē, sed claviatru, id est, nates habentē  
 nigras, uertiēdū fuerat. Hos igitur fratres, sunt inter  
 autores qui Cercopas nūcupatos tradāt, ut superius  
 meminimus, unde fit uerbū λοπροπίζω, qđ dolose  
 ex astutē agere, alij blandiri significare existimant  
 à uulpe. Xenagoras in saxa, & insulas mutatos  
 ait. Alij filios Theae ex Oceani dixerunt, nomine  
 Atlatis & Canduli. Quidam Oli & Eurybati, qui  
 Ephesi Ioui insidias tetēderint, atq; propterea in se  
 mias mutatos, ut Ouidius cecinit. Septuaginta filios  
 Hercules reliquit, uel ut Aristot. scribit, L X X I I .  
 eo loco quo aliquos esse parētes ait, qui nō nisi ma-  
 res filios procreāt, ut, inqt, de Hercule proditū est,  
 qui inter duos et L X X . liberos fœminā unā tantū  
 modo genuit, ex quo et illius in nuptijs omen felix.  
 Sextus quoq; Pomp. cingulo, inqt, noua nupta p̄c-  
 cingebatur, quod uir in lecto soluebat factū ex lana  
 ouis, ut sicut illa in glomos sublata cōiuncta inter se  
 sit, sic uir sīus secum cinctus uinctusq; esset. Hunc  
 Herculano nodo uinctū, uir soluit omnis gratia, ut  
 sic ille felix sit in suscipiēdis liberis, ut fuit Hercules  
 qui L X X . liberos reliquit. Hæc Festus. Porrā  
 Herculis filiorū noīa singula recensere difficillimū:  
 inter eos tamē hi reponūtur, ut ex uaria lectiōe col-  
 legimus: Hyllus, à quo est Eurystheus interemptus.  
 Sardus uel Sardō, Cyrus, Gelonus, Olynthus, Scy-  
 thus,

thus, Galathus, Lydus, Poemen, à quibus locorū nomina deductā sunt. Celtus quoq; et Iberus uel Iberes his addūtūr ab Eustathio, Cleolaus, Diodorus, Tle polemus, à quo Tlepolemia ludi apud Pindarum ex alios. Hūc Tlepolemum Pausanias uidetur uocare. Telephus, Lamyrius, Antilochus, Gleneas, Diopites, Ctesippus, Lamō, Oxeas, Gentiades, Therimachus, Deicoon, Chromis, Agiles, Ithomeus, Polydorus, Anicetus, Rhopalus, Patrocles, Mecistophenos, Manebrōtes, Chersibios, Aristodemus, Azon, Philactes, Phæstus, Tyrsenus, quē Pausanias primū tubam inuenisse scribit, quā Tyrrhenis Latini ascribunt. Theagenes quoq; Herculis filius, qui mille ex CCCC coronas adeptus fuit, cuius simulachrum, quod fortè hominē oppresisset, in pelagus deiectū, mox Phœbo iubēte expiscatum, expositū est eadem quo fuerat loco, diuinos ipse honores adeptus, non in Grecia modo, sed et apud barbaros, ut pluribus Pausanias exequitur. Fucrunt ex Herculis filij Antonus & Auentinus & Dodoris. Fuit ex Macaria ex Deianira Herculis filia, quae ex fonti in Matherone nomen dedit, seq; pro Athenarū salute desuavit. Ex filijs Herculis alijs parū celebrati. Ab Hercule sunt quoq; herbæ nonnullæ repertæ, earumq; uirtutes ab eo mortalibus proditæ, unde ex ab eius nomine quedam uocitatæ. Nymphæam scribit Plin

nus herbam esse natam à Nympha zelotypia erga  
Herculem mortua: quare, inquit, & Heracleon uo-  
cant aliqui, alij rhopalon, à radice ipsius clavis si-  
mili. Ciuitates item multas condidit, in quibus illa  
qua Hecatompyle uocata fuit. Nonnullæ insuper  
ab ipsius nomine nuncupatae, ut ea qua in Ponti re-  
gione celebrata est apud Euxinum. Quin & Eu-  
xinum ipsum pelagus, cum Axenon antea esset,  
hoc est, inhospitale, propter latronum & prædos-  
num frequentiam, ab ipso, ijs imperfectis, Euxinum,  
id est, hospitale redditum est, ut scribit Theophi-  
lus alijq: ubi & Cylicranorum populi, qui ab Her-  
culis uase nominati sunt. Altera Heraclea fuit ad  
radices montis Octæ, alia in Aegypto, in qua Ich-  
neumon colitur, unde & prefectura Heracleotis-  
ca, & Nili etiam ostium. Alia ciuitas fuit in Ita-  
lia, alia in Sicilia qua Minoa dicta est, item apud  
Gades altera, in Gallijs alijs que locis nonnullæ,  
adeò ut Græcis quibus ocium non defuerit, uiginti  
quatuor & eo amplius eius nominis colligere mi-  
nime operosum fuerit. Sed quod de Gadibus memi-  
nimus, historiam in memoriam reuocauit Thero-  
nis regis Hispaniæ citerioris, qui cum ad expugnan-  
dum Gaditani Herculis templum, Gades classe age-  
retur, contra eum Gaditani ex aduerso prodierunt,  
longiusque proiecti nauibus prælium committitier:

Verum

Verum adhuc aequo Marte consistente pugna, in fugam subito Theronis naues ueræ sunt, ac simul improviso igne correptæ conflagraverunt: paucissimi qui superfuerant hostium capti, indicauerunt apertuisse sibi leones in Gaditane classis proris superstantes, subitoq; suas naues immisis radijs, quales in solis capite pinguntur, exustas. Miraculum hoc quidem proditum quoq; est, apud Gades Herculis fontem fuisse, cuius aqua contra maris reflua eum crescere atq; decrescere dicitur: cuius rei causam naturamq; referre cum laboret Polybius, ab Artemidoro incepsitur ex Sileni historici sententia. Duos autem puteos eos potius esse ratus est Posidonius philosophus. Fuerunt & alij fontes repertæ ab Hercule, ut ille apud Trœzenios. Duo præterea in Italia portus eius nomine vocitati sunt, alter quidem in ora Ligustica Monœci, sic quidem nuncupati, quod ibi fugatis omnibus solus habitauerit, uel quod ipsius Herculis templis solus coleretur. Alter portus fuit in Brutij. Riuus etiam Herculanus prope Roman à scriptoribus celebratur. Fuerunt et insulæ ab Herculis nomine nonnullæ deminatæ, una quidem in Carpathio pelago, altera in Atlantico. Sunt etiamnum lapides aliqui ab Hercule, ut Lydius ille, qui & Heraclius dictus est, ad exploranda & tentanda metalla, quique ferè

in proverbiū exit. Quidā et Magnetē eo noīc nāc  
part. Est item Herculeus, uel Herculanus nodus, de  
quo apud scriptores frēquēs mētio. Transfuit enim  
in uulgatissimū proverbiū, de arctissimis atq; admo-  
dum indissolubilibus amicitijs, qualis quidē mihi te-  
cum futura (auguror) A N G E L E suauissime. In  
caduceo hūc nodū Herculis, et in curru Gordij fias-  
se legitimus. Hoc nodo & in nuptijs usi sunt antiqui,  
ut antè tradidimus. Est et à peritis medicina scripto-  
ribus mentio facta de huīusmodi nodo in obligandis  
iūniperibus: sed quo nēxu fuerit non exploratū satis  
est apud eos. De hoc sic certe Plin. lib. 28. Ac uidne  
ra, inquit, nodo Herculis præligare, mirū quantum  
ocyor medicina est: atq; ctiā quotidiani cinctus tali  
nodo vim quādā utilē habere dicūtur. Tantæ uero  
apud ueteres estimatiōis nomē Herculis fuit, ut sum  
mi quidam Imperatores nō modo eo nomine uocari  
uoluerūt, sed & ipsius etiāmū insignia gestauere, in  
ter quos Alexander Macedo, Cōmodus, Maximias  
nus, Heraclius, alyq; nōnulli. Narratur & histria  
Themisonis Cyprij, qui in delicijs ab Antiocho re-  
ge habitus est, & Hercules dici & haberi uolebat,  
remq; sibi sacram fieri patiebatur leonis pelle indu-  
tus, arcū Scythicū gerēs & clauā. Nullius certe dei  
uel mortalis unquam imago toties efficta fuit, tot  
etiam modis. Nā ut cetera mittā, Romani rerū domi-

in triūphis Herculis signa habebāt, unde et triūphales ille Hercules in foro boario positus (ut creditur) ab Euādro, qui per triūphos triūphali habitu in duebatur. In ea quoq; quæ immodica cū difficultate fūnt, Herculis labore uel ærūnā dicere solemus, uel ab ipso uix Hercule fieri potuisse, ut inquit Arrianus de petra Aorno, quā ab Hercule frustra tentatā ait. Fuit enim et Hercules in India ut Bacchus, ut idē tradit Arrianus, qui ex ipsum Herculē margaritum inuenisse prodidit, quod Pandanæ filiæ Indorū regē ne dono dedit. Hercules etiā iam pridē in uirtutis nō men, ex in iuramētū inductū est, idq; multis modis, tantaq; ueneratiōe, ut eo mulieres, ut diximus, abstēnerint. Quin pueri cū Herculē iurabāt, id sub testō facere prohibebātur, id quod sub dio fecisse non fuit religio. Scribit Philostratus, cū nōdū per Herculem homines iurare cōsueuissent, primū id instituisse Nestorē, ijsq; qui ad Troiā oppugnādā uenerāt tradidisse. Aelius et Varro Diumfidū aiūt Diijouis filiū, ut Græci διόσκορος Castorē, et hūc esse qui est Sanctus uel Sancus à Sabina lingua, à Græca Hercules. Hinc est et Mediusfidius. In gymnasīs quoq; Herculem unā cū Mercurio atq; Cupidine antiquū statuēre, ea uidelicet causa, quod amor cum ratione ex robore in ijs esse conuenit. Observat apud De mostbenem Vlpianus, quod et Herculis nomē apud

58 L I L I I G R E G . G Y R A L .  
antiquos in uocabatur in ijs rebus quæ ualde ac mā  
xime pernicioſe et malæ uidebātur, ut dei amouen-  
tis, et malorū depulſoris. Theologi quoq; gentiū, ut  
antè diximus, Herculē tum ſolē tum tēpus existimā-  
uerūt, alij uirtutē ac fortitudinē, & propterea apud  
Aegyptios eius multipli actu, multiplicē dei signia-  
ficari affirmāt potestatē. Ex nostris uero quidā ex-  
Marte significāt, unde & illi à Vergilio Salij in fa-  
bris adhibētur. Fuit et saltatiōis genus Herculi dic-  
tū Tetracomus, bellicosum & martiale. Sed et Bri-  
reus Herculis noīe dictus est: quare et inter Græcos  
quidā colūnas Herculis Briarei(ut diximus) uocau-  
re. Quoniam uero diutius ac multū Hercules peregrī-  
natus est, ideo ei qui peregrinabātur rem sacrā face-  
re soliti erāt. Illud quoq; addamus, Herculem cognō-  
minatū eſſe, præter ea quæ ſparsim retulimus cognō-  
mina, Hippodetam, cui et tēplū ſtruxere Bœotij, ea  
uidelicet ratiōe, qd' cū Orchomenij aliquādo uſq; ad  
eū locū ueniffent, Hercules nōctu equos qui ad eorū  
currus erāt uincti, colligauit, unde illi Hippodetæ in-  
ditū eſt cognomētū. Legimus et ipsum Buraicū uoci-  
tatū, ab urbe Bura Achaiæ, apud quā in ſpecu uati-  
cinia in tabellis et talis reddebat, ſic, primū uidelicet  
preces pro ſimulachro fundebātur, deinde tali qua-  
tuor in mēſa iaciebantur(ibi enim permulti erāt) in  
quibus ſingulis figure ſubscriptæ erāt. Figurarū ua-  
rō inter

rō interpretatio in ipsa tabella inueniebatur, atq; ita  
uaticiniū habebatur. Thebani quoq; inter cetera il-  
lius cognomina Rhinocolus tē fecerūt: nā cū ab Ora-  
chomenijs, de quibus paulò ante meminimus, præco-  
nes Thebas uenissent ad exactioñē quāpiā, ijs Her-  
cules nares abscidit. Huius certe rei nō procul à Dir-  
ce indiciū lōgo tēpore fuit. Ea quoq; cognitione di-  
gna, quæ à Plutarcho de Phabola, seu potius Flavia  
Larētia proditur historia. Aedituus quidā, inqt, Her-  
culis otio superfluēs, tesseris & id genus lusionis diē  
terere solebat. Sed cū fortè aliquādo collusores deef-  
fent, deū Herculē ut colluderet ea lege prouocauit,  
ut si deus uinceretur, boni aliquid elargiretur: si ue-  
ro aedituus, deo cœnā se præbiturū, puellamq; insua-  
per formosam cū qua deus misceretur. Tali propos-  
ita cōditione, tesseras aedituus pro se et deo iecit: ia-  
Etū à deo uictus est zacoros, id est, aedituus, qui ideo  
cœnā apparauit, & Larētia famosum scortū cōdu-  
xit: in tēplo discubuēre, post cœnā puella clausis fō-  
ribus in tēplo est relictā. Ferūt autē noctu cū Larē-  
tia nō humanitus cōgressum, puellæq; iussisse, ut ma-  
nē in forū prodiret, et cuicūq; primo occurrisset, illū  
sibi amicū pararet: id cū fecisset puella, Tarruntio  
homini prædiuiti & iam natu grādi et cœlibi obuia  
facta est, cui matrimonio iūcta, ei uiuēs potestatē fe-  
cit Tarrūtius omnis suæ rei familiaris, moriēsq; he-

sedē testamēto instituit. Hāc uero propterea multo honore Romani coluere, aliam ab Acca Laurentia Romuli nutrice, quod deo Herculi mista fuisse. Sed ut iam tandem sermonē hūc de Hercule cōcludamus, multi apud antiquos de Hercule scripsere, ut minus mirum sit, si nos quoq; id tuo monitu A N G E L E fecerimus. Inter Græcos Pariyasis Halicarnascus poëta, qui Heracleia præclarū opus carmine cōpos fuit. Item Pisander Camiræus. Legimus item Hesiodi scutū Herculis, quod an Hesiodi tamen fit, multi in dubiū uertūt. Caucalus etiā Rhetor Chius Theopompi historici frater, Herculis encomiū scripsit. C. quoq; Cæsar uersu laudes Herculis cōplexus est, quas publicari uetus Augustus. Verū de his in dialogis de poëtis copiose scripsimus, deq; alijs nōnullis. Quid enim dicam hoc loco Herculē nunquam uituperatum fuisse? unde illud est notissimū, cum à quodam laudaretur, quis, inquit alijs, uituperat?

Hactenus tecum A N G E L E de Hercule postius indice dicenda monstravi, quām aliquid letione dignum me scripsisse video: quicquid tamen hoc est, quando tu tale esse uoluisti, tibi habeo.

Vale. Romæ ex Vaticanis Pontificis

Max. adibus, mense Octobri,

M. D. X IIII.

LILIVS faciebat.

SOLILII GREGO  
RII GYRALDI FERRARIEN.  
DE MVSIS SYNTAGMA,  
*nunc reconcinnatum &  
auctum.*

EDRM AD COLESTES  
M V S A S.

Musa que uario mulcetis fidera cantu,  
Et Iouis ad solium dulce mouetis ebur,  
Aspice has famulas, uestro que numine frete  
Exultant, placidum carpere detis iter.  
Non ha Pieridum temeraria fata secutus,  
Vos cantu sperant equiparare suo,  
Degener, ah, tantum ne uobis turba putetus.  
Hoc sat erit, placidum carpere detis iter.

f

L I L I V S G R E G. G Y R A L  
D V S L V C A E R I P A E P R A B  
C E P T O R I S. D.



E M V S I S puer olim syntagma scripseram doctiss. L V C A R I P A , uerum cum aliquandiu inter schedas meas , ne potius dicā nugas, delituisset , forte fortuna cum eas nuper reuoluerem in manus incidit: iterū cognoui, placuit, sed ut indulgentioribus parentibus tenelli filij . Quare ueritus ne mē amor fecellerit , mitto ipsum ad te ueluti literarū solem, exemplo ab aquila desumpto , ut de eo periculū faciam . Scio multos de Musis ante me scripsisse , sed hoc modo neminē. nam Cornutus, quem Pharnutum quidā appellant, & Fulgentius alijq; solo capite eas notasse contenti fuerunt: nos quæq; minoris etiam impendi scrutati sumus, cū præcipue pueris pueriscriberemus. Vale, Mediolani, nonis Maij,

M. D. VII.

SOLILII GREGORII GYRALDI FERRARIEN.  
DE MVSIS LIBELLVS.



IODORVS Siculus apud  
Græcos multi nominis historicus  
et poëta, qui (ut ipse idem ait,  
et ab eo Iustinus philosophus et  
martyr, itemq; Eusebius) triginta  
annis maximam orbis terrarū partem peragrauit,  
ut historiarū, quas scribere meditabatur, certiorem  
fidem posteris relinquaret, scriptum reliquit, Osiris  
dem Aegyptiorū deum musicis et choreis delecta-  
tum fuisse, proptereaq; illū plerosq; musicos conse-  
cari solitos, inter quos nouem fuisse puellas prodic-  
dit, que modulandi artem ceterasq; disciplinas pro-  
bè tenerent, quas ideo Græci Musas appellauerunt.  
Sed enim alijs Musarū duas fuisse generationes pro-  
diderunt, secuti (ut aiunt) Museum, antiquarū scilicet,  
que sub Saturno fuerunt, et iuniorum, quas nos  
hoc ipso libello describere aggressi sumus: de qua-  
bus nonnullorum opiniones, antequā procedamus,  
recensende sunt, quæ de Musis ipsis, earumq; paren-  
tibus ac numero uario modo traduntur: primamq;  
Varronis afferemus, qui tres tantū Musas fuisse exi-  
stimavit, ut testatur Servius: unam quæ ex aquæ na-

84 L I L I I G R E G . G Y R A L .  
scitur motu. Alterā, quā aëris isti efficit sonus. Terciam, quæ meratantum uoce consistit. Aliam tamen Varronis D . Augustinus historiā suo quodam libello explicat: Non audiendi sunt, inquit, errores gentilium superstitionum , qui nouem Musas Iouis & Memoriæ filias esse finixerūt. refellit eos Varro, quo nescio utrum apud eos quisquam talium rerum doctior uel curiosior esse posse. Dicit enim ciuitatis nescio quam(neq; enim recordor nomen) locasse apud tres artifices terna simulachra Musarū, quæ in templo Apollinis dono poneret, ut quisquis artificiū pulchriora formasset , ab illo potissimum electa emeret. Itaq; contigisse ut opera sua quoq; illi artifices eque pulchra explicarent, & placuisse ciuitati omnes nouem , atq; omnes emptas esse ut in Apollinis templo dicarentur, quibus postea dicit Hesiodū poē tam impossuisse uocabula. Non ergo, ait, Iupiter nouem Musas genuit , sed tres fabri ternas fecerunt. Tres autē non propterea illa ciuitas locauerat, quia in somnis eas uiderat, aut tot se cuiusquā illorū oculis demonstrauerant: sed quia facile erat animaduertere, omnē sonum, qui materies cantilenarū est, tria formē esse natura: aut enim editur uoce, sicut est eos rum qui fauibus sine instrumento canunt: aut flatu, sicut tubarum & tibiarū: aut pulsu, sicut in cibaris

& tymo

panis & quibusdam alijs quae persecutiendo sonora sunt. Atq; haec tenus Aurelius Augustinus. Sed nomine quod se non recordari ait Augustinus, Sicyon est, ut ego ex scriptoribus collegi, id quod apposui, ut Aussonij Galli uersus rectius emendetur quam adhuc factum est: sic enim in ternario legendum ubi hactenue est mentio:

Tris solas quondam tenuit quas dextera Phœbi,  
Sed Sicyon totidem ternas ex ære sacravit.

Quo in loco ab alijs uaria traduntur, nos, puto, germanam & ueram lectionem attulimus. Pausanias quoq; & ipse tres artifices, Cephisodotum, Stron-gyliona, et Olymposthenē nominat, quorum singuli ternas Musas effecerunt, & has primas fuisse. Alias uero idem Pausanias Musas tres connumerat, quas ait ab Aloëi filiis Oto & Ephialte sic nominatas, primam scilicet μελετὴν, hoc est, meditationē: secundam μνήμην, hoc est, memoriam: tertiam ἀσθέτην, hoc est, cantilenam. quod non ratione carere videbitis qui rem altius scrutari uoluerit. Idē quoq; Aloëi filij Otus & Ephialtes, Musis primi rem sacram in Helicone fecisse dicuntur, & in Ascra habita esse, ut uersus poëtæ Hegesini ex eius poëmate Athide ostendunt, qui apud Callippum legitur et Pausaniam. Sed & Censorinus in libro de die natali, Mus-

De LILIIS GREG. GYRAL.

Sas ait olim tres ideo existimatas, quoniam organum quondam habuit tres intentiones, graue, medium, acutam. Ad haec Cornutus, quem Pharnutum vocant quidam, in libro de deorum natura, tres ideo existimatas ait, ob eius numeri perfectionem, ut quietiam deo ipsis attribuatur. Scribit M. Tullius in tertio de natura deorum, et simul idem Pharnutus, principio Musas quatuor fuisse natas Ioue altero, item alteras ex Ioue tertio ac Mnemosyne. Tertias quoque ex eodem Ioue et Antiopa, quae Pierides Pieriasque a poetis appellantur. Alij duas putarunt, ut Pharnutus scribit, a considerando scilicet et efficiendo. Alij septem: hoc ideo fortasse, quoniam totidem uoces antiqua musicorum instrumenta continebant, uel, quod totidem sunt artes liberales. Sedenim quoque paucis referendum est quae de Musarum numero a Plutarcho in libro Symposiacum obseruantur. Conflatitur, inquit, Musarum numerus, primum ex eo qui unus et octo dicitur, deinde ex triangularibus, sex uidelicet et tribus, inde ex triplicato ternione. Quoniam obrem, inquit, non est ita institutum, ut nouem sint Mineruae uel Diana, ut nouem sunt Musae. Quin et ipsarum mater Mnemosyne totidem esse literarum reperitur. Tres uero antiquitus existimatas, non secundum ea tria modulandi genera, de quibus paulo supra retulimus, uerum quod potius disciplia

disciplinas in tribus generibus ueteres disposuere,  
philosophi, rhetoris, et mathematici. Hinc et tres  
earum Gratiae, quae Musae dicuntur. Hinc quoque, iuxta  
Hesiodi opinionem, harum quaelibet in tres diuisa. Phi-  
losophia quidem in eam quae ad rationem, ad mores, et  
ad naturam pertinet. Rhetorice uero in demonstratio-  
nem, deliberationem, et iudicalem. Mathematica autem  
in Musicam, arithmeticam, et geometriam diuisa est.  
Alij in ea quae απλανα dicuntur distribuit, hoc est,  
non erratia, et in ea quae πλανώμενα, hoc est, erran-  
tia, et in ea quae sub luna corruptioni subiecta sunt.  
Alia item afferuntur multa, ut de Parcis, et de iis quae  
in Sicyone fuerunt, quae breuitatis causa pretereo.  
Non insuper Musas numero quodam prodidere, quod  
is numerus maxime sit perfectus: unde Graeci pari-  
ter et Latini interdum pro maximo numero et con-  
summato nouem dixere, ut in Homero obseruat Eu-  
stathius, et in Nicandro grammatici. Idem et  
Theon in Arato. Et propterea existimavit Hesio-  
dus nouem numerum esse Musarum, quod bonus sit  
ad omnia, et equaliter aequus. Sed et ad hunc nu-  
merum respexisse uideri potest Horatius, cum que  
perfici uolumus opera, nonum in annum premi prae-  
cipit. quem post securus est F. Quintilianus: tam-  
et si decimum in loco perperam quidam reponunt.

Antiqui præterea gentium theologi, ut auctor est Macrobius, nouē ideo Musas esse uoluerunt, quod octo sunt sphærarum cœlestium musici cantus, et una maxima sit sphæra que constat ex omnibus. Vnde Ascraeus Hesiodus octauā Uraniam uocat, quia post septem uagas octaua stellifera est sphæra, que proprio nomine ὄρφεύς, hoc est, cœlum uocatur. Nam uero maximam dixit, qua constat sonorū concors uniuersitas. Sed et Arati interpres scribit, Orpheum lyram ideo nouichordem constituisse, quoniam idem esset Musarū numerus. Nec defuere etiā qui Musarum chœreas et cantus cū Apolline, mundi totius cōcentum et sphærarum, cœlestiumq; circulorum uertiginem significare dicent: unde et Apollo sua mundū cithara temperare ab Orpheo in hymnis dicitur. At Censorinus plerosq; ait existimat se septenarium et nouenariū numeros in hominum uita multū ualere, quod septenarius ad corpus, nouenarius ad animū pertineat, illeq; medicinæ corporis et Apollini attributus, hic Musis: quia morbos animi quos appellant πάθη, musica lenire ac sanare consuevit. Qui uero theologiam Orphicam profesi sunt, illud apud Orpheum obseruant, ipsum in animis et globis cœlestibus uim duplicem statuisse, alteram quidem in cognoscendo, alteram in globo ipso

bo ipso iuriificādo atq; regendo. Nam in lunæ sphæra iūm illam Bacchū Licnitan, hanc Thaliā nūn cupasse uolunt. In Mercurij uero sphæra, illā Bacchum Silēnum, hanc Euterpen. In Veneris sphæra hanc Lyfum Bacchum, illam Erato. In Solis sphæra hanc trietericū Bacchum, illam Melpomenem. In Martis hanc Bassareum, illam Clio. In Iouis hāc Sebaziū, illā Terpfichorē. In Saturni hāc Amphitron, illā Polymniā. In octaua sphæra hanc Pericio-  
num, illam Vranien. In anima autem mundi priorū iūm Bacchum Eribromū, alieram Calliopen. Quibus sic statutis, illud subinfrunt, quod ideo si-  
gulis Musis singula Bacchi cognomina confrūtūr, ut Musarū iūres diuinæ cognitionis nectare ebrias in-  
telligamus, nouēq; Musas, nouemq; Bacchos circa  
unū Apollinem, hoc est, circa unius splendorē solis  
inuisibilis disurrentes. atq; hæc quidē illi. Alij uero  
ita interpretantur. Iupiter, aiunt, rerum omniū pa-  
rens, è Mnemosyne, hoc est, è memoria & cognitione  
sui Musas genuisse dicitur, quæ mentis cōceptus  
significant, eternarū rerum contēplatores, quæ qui-  
dem res intellectu taniū percipi possunt. Nam Mu-  
sa dictæ sunt, ut Plato existimat, quasi indagatri-  
ces, utpote quæ per naturæ uestigia sensilis atq; ma-  
thematiæ, supernæ et cœlestia indagant. In Helico

nisi uero montis secessu, ut nomine ipsum indicat, anē  
fractuosi, choros suos agētes, per quos rerū seriē in-  
telligimus, quæ infinitā complectitur sapiētiā. Eius  
porrò montis duo uertices significare possunt tro-  
pologiā et anagogē, uel, ut alij, physicen & theo-  
logiam. Nec defuerunt qui nouem Musas, nouē bea-  
torum animorum choros, hoc est, angelos designari  
crederent. Verum hæc ego ipse non libenter com-  
memoro, quare iam satis. Legimus præterea Lydos  
proprias quasdā apud se Nymphas Musas nūcupas-  
se, ut est apud Theocriti expositores. Carius enim  
Iouis & Torrebiæ filius, ut in quarto historiarū Ni-  
colaus prodidit, cum forte errabundus uagaretur,  
ad paludem quandā peruenit cui nondū nomen erat  
impositū, ipse à matre Torrebiam appellauit, ibiq;  
Nymphařū, quas indigenæ ipsi Musas uocitant, au-  
ditos catus edidicit, atq; exinde modulationis lydiæ  
autor extitit, ut Stephanus etiā testatur. Nos autē  
uulgarā magis hoc libello sequimur opinionē, quæ  
nouē Musas fuisse cōfirmat, quas aliqui Osiridis, alij  
Bacchi, plurimi Apollinis comites fuisse tradiderūt.  
Uel propter cœli harmoniam, cuius solē principem  
ac rectorem esse philosophi uoluerūt, qua de re ex-  
in dialogis de poëtis copiosius scribere meditamur;  
unde ex à Græcis Apollo Musagetes dicitur, quasi  
Musarum

# DE MUSIS SYNTAGMA.

Musarum dux, de quo ante alios Lutatius in primo communis historiæ, ut Probus scribit. Quin etiā ab eodem Apolline doctas quidā tradidere, qua ex re & Musicus est nuncupatus. Sunt tamen qui putant Musas à Parcis edoctas fuisse. Diodorus Siculus Musis ab Iove patre literarum inuentionem attri- butam asserit. Fuerunt igitur nouem Musæ, Iouis & Mnemosynes filiae, ut in Theogonia canit Hesio dus, cuius hi sunt uersus:

Μῆσας ὀλυμπιάδες κέρας δίος αὐγόχοοι,  
τὰς δὲ πιθρίκηρονίδης τέκε παῖδες μυεῖσθαι  
μημοσώνι. Et idem:

Εννέα θυγατέρες μεγάλου δίος.

Quem Proclus Lycius est imitatus in hymno ad i-  
psas Musas, sic canens:

Ἐννέα μερόπωρα αὐγώγιον, Ἐννέα μερόπωρα  
φῶν

Ἐννέα θυγατέρες μεγάλοι δίος αὐλαοφῶ-  
νους.

Item Homerus eas in hymno ita salutat: Χαίρετε  
τέκνα δίος. Idem ait Orpheus in principio  
hymni, quem Musis cum libani, id est, thuris suffia-  
mento dicavit:

Μημοσώνις οὐκέποτε εγενότοιο θύγαρις  
Μῆσας πεισθείτε. Et reliqua.

Nouem vero eas, nouē noctiū concubitibus genitas,  
 Hesiodus alijq; Græci poëtæ finxerūt. Sedenim ea  
 de causa Iouis & Mnemosynes, hoc est, memorie fi-  
 lias appellatas inuenio, quod ijs qui ad disciplinas et  
 scietias peruenire cupiunt, duo hæc in primis necessa-  
 ria sunt, intellectus scilicet & memoria potestas:  
 hoc Græci *panquorion*, illud *voulion* uocant. &  
 hoc quidē Proclus in cōmētarijs. Aliqui tamē Cœli  
 & Terræ filias dixerūt, ut Alcmeon, Pharnutus et  
 Eusebius, quibus in quopiā hymno astipulatur Pin-  
 darus, sic Musam alloquēs, "Ἄργε Ἰδεανὸν θύγα-  
 τον, ubi commentatores ex Aristarchi sententia &  
 Mimnerce, asserunt Musas Cœli filias. Idem et Pau-  
 larias, qui non Mimnercam, sed Mimnermum hoc  
 ait in elegijs prodidisse, in proemio ad Gygen Ly-  
 dum: Antiquiores, inquit, Musæ Cœli filiae, Iouis  
 vero iuniores fuere. Musarū vero nomina Orpheus  
 in hymnis, et Hesiodus in Theogonia duobus his  
 uerbibus ita complexi sunt:

Κλείω τὸ δύτορπό τε μελπομένη τε,  
 Τορτιχόση τὸ ερατώ τε πολύμην τὸ δραυνί τε  
 Καλλιόπη. & reliqua.

Cum Apolline igitur decem sunt Musæ, quoniam  
 (ut inquit Fulgētius) humanæ uocis decem sunt mo-  
 dulamina, unde etiam cum decachorda Apollo pin-  
 gitur

gitur cithara. Sed ex legis diuinæ scriptura deca  
chordum dicit psalteriū, quod nostri Christiani Lau  
datorium, si modo id recte, appellarunt, Hebræi uen  
to Nablone, ut D. Hieronymus docet. A Græcis  
quoq; tum Nabla tum Naula, tum etiam Nablia di  
cuntur: qua de re cū ab alijs, tum præcipue ab Athe  
neo in Dipnosophistis copiose differitur. Figuratur  
itaq; ut idem scribit Placiades Fulgentius, nouē Mu  
ſæ cum Apolline, per quatuor dentes ē cōtrario pos  
titos, quos lingua percudit, per duo labra uelut cyma  
bala uerborum, per linguam ut plectrum, per palat  
um, cuius concavitas proferit sonum, per gutturalis fi  
stulam que excursu tereti meatus spiritalem præbet,  
per pulmonem, qui uelut æternus follis conceptum  
spiritum reddit ex reuocat. Nunc uero illud disqua  
rendum, unde Musæ nomine sortitæ. Plato quidem in  
Cratyllo Musas ἔχει μελαῖς, quod est inquirere, di  
ctas affirmat, cui Pharnutus in libro de natura deo  
rum subscribit: ita enim ait, καλουσῶν τοις ἡ μῆσης  
ἔχει τῷ μάστιχῳ, ὁ δὲ γυπτίστιχος. Musæ, inquit,  
dicuntur ab inquisitione. Idem sentit Suidas, qui pro  
pterea ait eas ab inquirendo dictas, quoniā ipsæ sint  
omnis disciplinæ causa. Idem et Palæphatus. Vnde  
ex aliquando Mosas eas antiqui uocauere. Eusebius  
tamē in Euangelica præparatiōe Musas tradit ideo

sic appellatas, quia μετω apud Græcos honesta bonaq; doctrina instituo significat: quamobrem, ut pu-  
to, eas Orpheus & Proclus hominibus religionem  
monstrasse in hymnis suis cecinerūt. Quidā Musas  
per concisionē, quasi melusas, à μελῳ declinari uo-  
luerūt. Alij uero propter disciplinarū inter se cōue-  
niētiā quasi ομοδόξες, uel quod inuicē, sicut virtus-  
tes, necessarie sibi esse uideātur, ut ait Casiodorus.  
Vnde sit ut ab antiquis nōnullis doctrinæ ac sciētiæ  
copula ac nodus quidā existimetur. Sed cur Musas  
potius antiqui puellas quam cōiugatas confinxerēt  
hoc sic Cornutus exponit, ut ex re nomina ita fine  
sortitæ fœminea, quod ad earū uidelicet symbolum  
multa sciētia cōsignatur. Potest & dici propter fru-  
ctū qui gignitur ex animæ iudicio. Virgines quoq;  
dicūtūr, quoniā uirtutis disciplinæ, uti uirgines abdē-  
tæ atq; incomptæ esse uidentur, nativo scilicet deco-  
re contentæ: id quod & de cæteris disciplinis non  
incommode dici putamus, atq; ideo interiores & re-  
conditas literas opinor appellat Cicero. Eadē & ra-  
tione Cupido quodam Luciani dialogo, Musas ait  
se uereri quod uirgines sint, & semper aliquid cogi-  
tent, seq; in suis cantibus contineant. Musas insuper  
antiqui simul uersari, & in chorum numerumq; lus-  
dos agere dixerunt, propter scientiarum copulā &  
nexum,

D E M V S I S S I N T A G M A . 95  
nexum, ut modo dicebā, quo inter se discipline qua-  
dam quasi nodo copulantur et coniunguntur. Hinc  
opinor cyclicas scientias appellat Capella Martia-  
nus, & encyklum constituit Victoria, & notis-  
ma est illa à Græcis uocata encyclopædia, de qua  
Plutarchus, & longe pluribus Proclus, ex nostris  
meminit Plinius & Fabius. Eadem causa sorores  
existimatas facile crediderim. Ad hæc in montibus  
dicuntur uersari, ut ait Cornutus, quod secessu & so-  
litarijs maxime locis studiosi uiri delectantur. Quin  
& Plutarchus lucos & Musarum delubra quam  
longissime ab urbibus statuta fuisse scribit, in eo qui  
est πολὺ πολυπράγμονων inscriptus. Sunt et  
qui ideo in Heliconis & montium uerticibus uersa-  
ri autem, quod ipsa sapientia atq; intellectus, ex  
quibus discipline ac scientiae nobis comparantur, di-  
cuntur in hominis capite: id quod in primis Platoni-  
cis placet, ut in puriori & eminētiori loco esse, qua  
per Musas intelliguntur. Eas etiam palma coronari  
multi prodidere, propter quandam nominis simili-  
tudinem. Phoenicum enim populorum inuentum es-  
se literæ dicuntur, & ab ijs ad Græcos delatæ: id  
circo & id utrumq; apud Græcos phœnix signifi-  
cat, id quod me ostensurum pluribus spero in pri-  
mo de Poëtis dialogo. Vcl, ut consentaneum ma-

gis Cornuto uidetur, ideo palma Musæ coronatur, quoniam eius arboris fructus dulcis fit, multiuicauis, tarde crescens, et multiplex et copiosus. Attrahitur et laurus Musis, uel quod ea arbor ad inspirationem et afflatum, et ut Greæ dicunt, entusiasmon conferat, quod Sophocles in Cassandra docet. Vel quod eius arboris gustu poëticâ se facultatē adipisci antiqui credidere, ut Lycophron innuit, qui poëtâ daphnophagon uocat, et de se canit Heiodus: atq; ideo etiā à Iuuenale dictū, Laurumq; momordit. Vel potius quod ea arbor semper sit uirrens, atq; simili modo bonorū poëtarum uersus uire scere perpetuò dicūtior docta per ora uirorū. Quin et eadem causa in Musarū et Apollinis certamini bus poëtas uictores, quasi immortalitate quadam dignos, lauru coronari apud antiquos, et nunc improba quadā ambitione moris esse uidemus. His ita à me collectis, planè congruum uidetur, Musarum etiam cognomina, quorum frequēs apud scriptores fit mērio, paucis recēsere. Sunt igitur in primis Musæ Nymphæ nuncupatæ, quod Acron notat illo Horatiu uerſiculo: Vidi docentē, credite postri, Nymphasq; discentes. Itē Vergilius: Nymphæ noster amor Libethrides. Huc adde que de Nymphis Lydorū paulò ante retulimus, que Musæ dictæ sunt.

Vocantur

Vocantur et Camœne quasi caniene, à cano, ut Fe  
stus, Macrobius & Seruius docent. M. tamē Varro  
primum Casmoenas dictas ait, inde Carmœnas, pos-  
stremo litera r ablata, Camœnas. Dictæ sunt & He-  
liconiades ab Helicone Boeotie monte, nō Parnassi  
iugo, ut cum Seruio grammaticorū pleriq; existima-  
runt. In Helicone quidem, ut antè retulimus, Musis  
primi sacrificauere Otus & Ephialtes fratres, cūq;  
montem Musis sacrū esse uoluerunt. Sed & Helico-  
nem quidam flumium quoq; fuisse prodiderunt, qui  
per L X X. stadia lapsus sub terram fluit, atq; ita  
X X. circiter stadia occulto & subterraneo cursu  
labens rursus erumpit, et pro Helicone mutato no-  
mine Baphyras uocatur. Idea causa factum Græci  
fabulantur, quod que Orpheum discerpserunt mu-  
lieres, in eo cū se abluere uellent, fluuius tum alueū  
abdidit. Quidam Heliconem montem Melissum ap-  
pellant, ut Nicandri expositores testantur. Alij non  
à monte, sed ab instrumento musico quod helicon  
dicitur, in quo chordæ nouem inueniuntur, dictas  
Heliconiadas autumāt: de quo quidem instrumēto  
cū alijs, tum in musica sua meminit Ptolemæus, quā  
latinam facit noster Leonicenus. Sed de hoc satis-  
Dicuntur & Parnassides Musæ, à Parnasso Phocæ  
dis regionis monte, qui ex Larnassus antiquitus dia-

Etus est, teste Stephano & Apollonij commētatori  
 bus, à larnace, id est, ab arca Deucalionis quæ ibi de-  
 lata fuit. Longe uero post diluvium Parnassus dictus  
 est ab heroë Parnesso eius montis incola, ut Hellas-  
 nicus memorie mādauit. Alij à Parnasso Cleodoræ  
**Nymphæ** & Neptunis iue Cleopompi filio. In Par-  
 nasso alternis annis bacchanalia agebantur, ubi Sa-  
 tyrorum frequēs cernebatur coetus, & plerūq; uo-  
 ces exaudiebantur, itemq; cymbalorum crepitus ad  
 hominum aures perueniebat, ut apud nostros Ma-  
 crobius notat. A montibus Aonijs Bœotiae, Aonides  
 frequenter Musæ cognominantur. Bœotia quoq; re-  
 gio & ipsa Aonia dicta est, à cuius etiam populis  
 Hyantijs, Hyantiæ sorores dictæ sunt à poëtis. Cyp-  
 theriades uero nūcupatae à Citheronē monte, uel sal-  
 tu Thebis propinquo. Pierides uel Pieriæ, à Piero-  
 monte, ut ait Festus, dictæ sunt. Stephanus tamē Pie-  
 riā ciuitatē & regiunculā nominat: sed Apollonij  
 interpres Pieriam montem Thraciæ asserunt, in  
 quo uersatus est Orpheus. Græci Hesiodi exposito-  
 res Pieriā Macedoniæ montem esse tradunt, in quo  
 genitæ sunt Musæ, qui mons Thraciam usq; attin-  
 gere dictus est: quod ea ratione fictum arbitramur,  
 quoniam primus apud Græcos et sapiens & poëta  
 et theologus Orpheus in hæc loca diuersatus est. uel  
 si Ouidio

si Ouidio poëte credimus, Pieriæ Musæ dictæ sunt  
 à Pieri & Anippes filiabus, quæ cum ueris Musis  
 ause sunt decertare, unde uictæ in picas mutatae fue-  
 runt. Pierum etiam uetustissimum poëtam legimus,  
 à quo Græcorum nonnulli Musas aiunt lepidis adeò  
 carminibus celebratas, ut ab eo etiā Pieriæ nūcupa-  
 tæ sint. Alij uero quod Pierus Macedo, à quo mons  
 cognominatus est, cum Thesspias profectus esset, pri-  
 mus Musas nouē statuerit, id quod in Bœoticis scri-  
 bit Pausanias. Pegasides quoq; dictæ sunt, ut Festus  
 docet, à fonte quē Pegasus icta unguæ fingitur ape-  
 ruisse: ob quam causam & græcè Hippocrene ap-  
 pellaæ sunt ab ipso fonte, cuius aquas uocales fuisse  
 plurimi scripsere Græcorū: à quibus, ut uidetur, Si-  
 donius Apollinaris loquaces denominat, cū inquit:  
 Texerūt uitreæ uado Hippocrenes, Tunc hac mer-  
 sus aqua loquacis undæ. & reliquū. Idem Statius in  
 epithalamio Stellæ poëte: Et de Pierijs uocalem  
 fontibus undam. Pindari commentator rem ad alle-  
 goriā refert, quod scilicet poëtæ soliti essent canere  
 carmina, uel propter Musicam quæ fit ex aqua, cu-  
 ius & nos antè meminimus. Ab eodem etiam fonte  
 Aganippides frequenter appellantur, quoniam &  
 fons ipse Aganippe cognominatus est. Alij licet Aga-  
 nippe fontem fuisse uelint in Helicone, sic ab Aga-

nippe dictū Termessi fluminis filia. Fluit autē Tero messus, ut scribit Pausanias, circum Heliconē. Mula ta hic consultò prætereo quæ de Pegasi fabula affrare potuisse, sed ea cum Græcis tum Latinis notissima. Ilisides quoq; et Ilisiades Musæ nuncupatae sunt ab Atticæ flumine Ilissio, ut in Attica Pausanias docet. Stephanus tamen ab urbe Ilisso dictas existimat, testemq; uocat Apollodorum. Thespiades vero Musæ uocantur, non, ut quidam putant, à Theσpia matre uel nutrice, quod nusquam apud idoneos autores compertum, sed à Theσpia uel Thespijs, utroq; enim modo dicitur, ut ait Stephanus, ciuitate Bœotiae, ubi præcipue Musæ colebantur. Si quis tamen querat quenam fuerit Musarum nutrix, is Hyginum in astronomico poëtico legat, et in Aratum Latina commentaria, quæ in Bassum à quisbusdam referuntur, utriq; enim eam Euphemus uocant, quæ Crotонem filium habuit, qui Musarū precibus, quod inter eas est uersatus, et ab eis musicam edoctus, ab Ioue inter sidera collocatus, sagittarij nomen habet. Huius quidem Euphemus statuam Pausanias in Helicone positam fuisse ait ad Musarum lucum. At Libethrides à Magnesiae fonte Musis ipsis consecrato nuncupatae sunt, cuius Plinius et Solinus meminere. Sed enim Libethrium mon-

item triginta ab urbe Corona stadijs Pausanias distare facit, in quo et fons et Musarum Libethriae dum simulachra fuisse dicuntur. Fuit et Libethra civitas in monte Olympo, uel Dionysij oraculo memorabilis, de non eruentis a sue ossibus Orph ei. Sunt et dictae Pimpleiades à fonte uel uico Macedonie, ut Porphyrius ait: ut uero interpretes Apollo nij, à Pimplia regione quæ esset prope Pieriam. Idem et montem et fontem et pagum Pierij codē nomine commemorant. Literarū tamen quidam (ut uidetur) parum gnari, Pipleades potius quam Pimpleiades uocitant. Graeci certe, quorum hoc est uocabulum, πίμπλεια καὶ πίμπλια, non πίπλια efferunt. Videtur tamen Varro in tertio de lingua Latina Pipleadas nuncupare, sicuti Acron etiam, qui eas ab aliquibus à peplo uestis genere dictas ait, uel ab Orchomeniorū monte Pimpleo. Non desunt inter grāmaticos qui hic meras nugas cōfingant, que deuorandæ à nobis potius quam adscribendæ sunt. Castalides Musæ nomiatae sunt à Parnassi fonte Castalio, cuius aqua potu dulcis fuisse traditur, quam apud Stephanū Castalia est ciuitas Ciliciæ. Nicephorus in interpretatione Synesij, fontem esse prope Antiochiam Syriæ, ubi oracula redderētur, testatum reliquit. Idem scribit multò ante Nicepho

rum Clemens et alij. Mythologi quidem Castalianum ferunt uirginem quamquam fuisse, quam cum ardenter Apollo deperiret, eiq; uim inferre studeret, se se in fontem ipsam præcipitasse, à cuius nomine Castalius fons cognominatus est. Idem grammaticus Laertius, qui & Lutatius à nonnullis. At uero Probus, Castalius, inquit, fons est Delphis in Apollinis oraculo, qui abluit ipsam aram dei, dictus à Castalio Delphici Apollinis filio, alij à Castalio patre Thyiae, unde Thyiades Bacchæ Nymphæ uocatae sunt. Panyasis poëta Castalium hoc uersu Acheloida uocat: Castalia aduenit diuinam Acheloidos undam. (sic enim ego ex tempore lusi) quo fit ut nonnulli Acheloi filiam Castaliæ existimarint. Corycides quoq; appellatae sunt à colle, uel antro potius. Corycio in Parnasso Delphis proximo, cuius meminit & Laertius in uita Pherecydis, & Apollonij Rhodij cōmentatores, qui nuncupatum illud aiunt à Nympha Corycia, cuius & Apollinis Lycoreus filius fuit, à quo Delphici incolæ Lycores nuncupati sunt, aliæ sint licet de ijs populis opiniones, que nostri non sunt instituti. Alterum præterea antrum Corycium & urbs in Cilicia fuit, uel croco nota, ut Herodotus & Strabo alijq;. Stephanus tamen & multis alijs in locis eius nominis esse urbes ostendit.

Ad

Ad hæc Mnemosynides uocatæ sunt Musæ, à matre  
earum Mnemosyne, quæ, ut diximus, est memoria.  
Pateides quoq; ut ait Festus Pœpius, à fonte Mace-  
donia, propter liquoris eius unicum subtilitatē. Di-  
cuntur et Ligie, ut in Phædro scribit Plato, siue  
propter speciē cantus, siue propter musicū genus ca-  
norū quod ligiū nuncupatur. Olympiadas et Varro  
nominat ab Olympo monte, carmen illud afferens:  
Musæ quæ pedibus magnū pulsatis olympum. quod  
quidē carmen ab Homero deductū uidetur, qui Mu-  
sas inuocat olympia tecta habitantes hoc carmine,  
Ἐπειτε νῦν μοι μῆσας ὀλύμπια οἴωμε τοῖς ἔχο-  
ται. Cuius etiānū hemistichii et pars extrema cū  
apud alios, tum apud Hesiodū legitur. Sed et Olym-  
piadas Terentianus Musas hoc uersu uocat: Carmā  
suave dedistis Olympiades mihi Musæ. Item Hesiodus  
in Theogonia: μῆσας ὀλυμπιαδὲς κοῦροι  
θίος αἰγιόχοι. Sunt demum Ardalides Musæ co-  
gnominatae ab Ardalio Vulcani filio, qui cū ad Troe-  
zenios tibiam et Musas detulisset, eas ita appella-  
uit, autor Plutarchus in Symposio, et Stephanus,  
qui ait, ἀρδαλίδες καὶ ἀρδαλιώτιδες τιμῶν  
τοι αἱ μῆσαι σὺ Ζοϊζλη. sic dictæ uel à quopiam  
Ardalo, uel à loco. Amplius addit Pausanias, apud  
Trozenios ueterem fuisse aram, super quam Mus-

sis & Somno rem sacrum faciebant, quod scilicet somnum Musis conuenire arbitrabantur. Item Musas interdum Maeonidas uocat Ouidius, à Maeonia, ut putatur, regione: tamen si à Myonia Phocidis urbe Myonias quidam dictas putant.

Verum his à nobis sic expositis, iam ipsarum nouem Musarum nomina sigillatim interpretari aggrediamur. Est igitur prima Clio nominata ἡ τῆς κλείστης, quod est laudo, uel ut Cornutus ait, ἡ τῆς κλεπτῆς, propter gloriam quā erga doctos, et ipsi erga alios habent: uel propter gloriā quae ex poëtarū laudibus oritur, ut ait Diodorus Siculus. Fulgētius tamen, Clio, inquit, prima Musarū appellata est, id est, cogitatio querendæ sciætiae. Quidā hanc historijs præesse existimat, quod Apollonij cōmentatores in tertio Argonauticō affirmat. Ialemi quoq; mater Clio fuisse perhibetur & Hymenei. Alij tamen aliter, ut paulò infra dicemus. In Adonidis historia legitur, & ex Magnete Clio genuisse Linum, quem aliij Vranie filiū prodiderunt, ut suo loco dicemus.

Secunda Euterpe uel Euterpea Musa nominatur, quæ Latine iucunda dici potest. θυτόπτης enim apud Græcos iucundum designat & delectabilem, propter uoluptatem quæ ab audientibus ex honesta eruditione percipitur. At Fulgētius, Euterpe, in-

pe, inquit, quam nos latinè benedelectans dicimus, ideo dicta est, quod primum sit scientiā querere, secundum sit delectari quod queras. Pleriq; eā tibijs delectari et ijs præesse scribūt. Alij dialecticæ. Apollonij uero Rhodij expositores μεθίματε, hoc est, disciplinas inuenisse affirmāt. Sunt et qui Rhesi matrem scribant.

Thalia Musarū est tertia, quæ ἡ θάλη εἰναι, hoc est, à uirescēdo denominatur, διὰ τὸ θάλη εἰναι, ut ait Cornutus, τὸν Βίον αὐτῷ, id est, quod reuiniscere faciat ipsorum poëtarum uitā. uel, ut idem subiungit, quoniam εἰς in conuiuijs ipsos uirtutem habere, εἰς honeste in eis conuersari suadet. uel, quoniam in longū tempus, ut alijs scribunt, poëtarū laus parta uirescat. Nonnulli Thaliae comedias attribuunt, alijs geometriā. At Graecorū quidam eam Palæphati matrem fuisse uolūt, qui de colendis arboribus multa perscripsit. quin et expositores Argonauticorum εἰς ipsam Thaliam agricolationē inuenisse tradunt, necnon plantarum curam docuisse. Thaleam nos potius latine dicere debuisse scribit Seruus: nam græce θάλη εἰναι est, non θάλια. Verū cāmīhi inanis uidetur fuisse obseruatio, quando ei græca diphthongus εἰς in i, εἰς in e, apud nos frequentissime uertitur, ut Pilho, Medea, εἰς alia sexcenta.

Melpomene quarta est, quam ἡ τὸ μελέας, hoc est, à canendo dictam arbitramur, quoniam hanc audientes demulcentur: uel quasi μελετὴ ποιητὴς, id est, meditationem facientem, ut primum sit uelle, secundum desiderare quod uelis, tertium de lectari, quartum instare meditando ad id quod desideras, ait Placiades. Pharnutus tamen ἡ τὸ μαλπῆς, hoc est, à dulcedine uocis dictam existimat. Huic alijs tragedias, nonnulli uero canilenas, Graci quidam rhetoricae adscribunt.

Quinto loco succedit Terpsichore, que choreis delectatur. Est enim χορεῖα tripudium, η τὸ περιστολής delecto, eo quod oblectet audientes, propter bona que ex doctrina proueniunt. Pharnutus uero appellatam ait σύγη τὸ τὸ περιστολής οὐχί χαιρεψιν αὐτῷ τὸ πλεῖστου μέρη τὸ βίος, hoc est, quoniam uita pars plurima ea et delectetur et gaudet: uel propter aspectus delectationem, una tantū adiecta litera χ, quasi τὸ περιστολής ὁρόψις. Quidam hanc citharis atriam dixerunt, ei psalterium attribuētes. nonnulli et inuenisse paedian, id est, humanitatis disciplinam prodidere. Plerique sine afflatu ob uocis asperitatem scribere consuevere. Ex hac eadē Achelous genuiſe Sirenas, Graciorū quidam scriptores tradiderūt, eisī Senius et Fulgentius ex Calliope potius genitas

nitas autem. Ex hac eadem Strymon Rhesum,<sup>1</sup>  
 & Mars Bisthonem, à quo Bisthonia regio nomia-  
 nata est, filios sustulerunt.

Amabilis Erato sextum sibi locū uendicat, quā  
 ἔρε τὸν δόμον deductam etiam Ouidius poëta illo  
 uersiculo innuit libro secundo de arte: Nunc Erato,  
 nam tu nomen amoris habes. Eadem causa illam in  
 tertio Argonauticō inuocat Apollonius. Diodo-  
 rus uero ea ratione id nominis sortitam esse Erato  
 ait, quod docti uiri ab hominibus amantur & lau-  
 dantur. Placiades tamē dictam existimat quasi εὐ-  
 γὼν ὄμοιον, hoc est, simile inueniēs: quia post scien-  
 tiā & memoriam, iustū est ut aliquid de nostro si-  
 mile inueniamus. At uero Cornutus ab interrogan-  
 do & respondendo, id est, δράστης καὶ ἀρχείτης,  
 hæc enim duo maxime disputantiibus & eius facul-  
 tatis studiofis conuenire uidemus. Saltatrixē Erato  
 poëta illo uersiculo describit: Plectra gerens Eras-  
 to saltat pede, carmina uultu. Quin et ipsam saltan-  
 di rationem inuenisse, Græci quidam commentato-  
 res prodidere, aliij musicam. At Proclus qui in Hes-  
 iodium commentarios reliquit, poëscos ei inuentio-  
 nem attribuit. Eadem & Thamyre mater perhibe-  
 tur, qui amatoria primus cecinit, de quo in poëtarū  
 dialogis plura. Arcades Erato inter Musas nō cona-

numerant, sed uatem quampli am fuisse aiunt, que Arcadi Calistūs filio nupserit, eaq; mortalibus Pa-  
na oracula dedisse.

Septima sequitur Polymnia, quam Polyhymnia interdum etiam propter uersus mensurā uocata uidemus, ut in illo: Rhetoricos dictat Polyhymnia mysa colores. Et Horatius: Euterpe cohibet, nec Polyhymnia. Eadem lege et Martialis et Græci poëtæ nonnunq; utuntur. Neq; enim ijs assentiendū puto, qui apud Hora. Polymnia legūt, et minus ijs qui neq; prima producta proferunt. Et inde etiā colligere possumus, non eā habere derivationem, quā quidam habere autumant, πολὺ scilicet μένεων, ut si dicas latine multimorem: nam potius à laus de, id est, ὑμένω deducitur. Cornutus quoq; philoso phus eam uult appellari quasi πολυύμνιον ἀρτίῳ, plurimum quando uirtute laudamur. Verum Fulgentius alterius est sententia, ut uidelicet quasi πολὺς μένεω uocetur, id est, multa memoria: memorem nanq; esse oportet disciplinarum studiosum. Virang; nominis interpretationem Diodorus uisus est amplecti. Polymnia, inquit, sic ideo nuncupata, quod cantus suauitate poëtas reddit gloria immortales, et posteritatis memoria commēdat. Casiodorus in uarijs libro quarto de comedia agens, inquit:

inquit: ubi rustici gestiones humanos actus laetissimi  
mis carminibus irridebant, ijs sunt additæ orches-  
strarum loquacissime manus, linguosi digiti, silene-  
tium clamosum, expositio tacita, quæ Musam Po-  
lymniā reperiisse narratur, ostendens homines pos-  
se et sine oris affatu suū uelle declarare: atq; ille qui  
de his uerbis mimorū gestus Polymniæ attribuit:  
Græci alij quidam grammaticæ et literas. Sed enim  
Plutarchus in symposiacis Polymniæ ideo historias  
attribui afferit, quod ea multarum rerum sit memo-  
ria. Quidam tamen lyrae præesse autumāt, id quod  
et in commentarijs Argonauticēn Apollonij obser-  
uatū legimus. In ijs uero quæ in Hesiodum scripta  
sunt, geometriæ præficitur: tanta est adeò inter scri-  
ptores uarietas. Quidam et hanc ipsam matrem  
fuisse Triptolemi uoluerunt, cum uulgo tamen alio-  
ter existimetur.

Vrania octava est Musa, quam cœlestē quidā,  
multi astrologiam appellant, dictā ἡρά τῷ σέρανῳ,  
hoc est, à cœlo. Nam, ut scribit Pharnutus, ὅλον κό-  
σμον σέρανὸν ἐκέλευν ωὶ πτελάσσοι, hoc est, in te-  
grum quidem mundum prisci cœlū uocabant. unde  
puta illud est Plinij in secundo notissimum, Mundū,  
et hoc quod alio nomine cœlū appellamus. A cœlo  
igitur Vrania appellata est, quoniā docti ubiq; gen-

110 LILIUS GREG. GYRAL.  
tium nesciuntur, seu quoniam viros eruditos ad coe-  
lum usq; euehat, seu quod gloria & sapientia ani-  
mos eleuat ad coelestium contemplationem, ut ait  
Fulgentius. Astrologiae præesse creditur. Quin &  
ipsius artis inuentricem fuisse in commentarijs in  
Argonautica legimus. Catullus quidem poëta Vra-  
nium Hymenæi nuptiarum dei matrem existimaf-  
se uidetur in Manlij epithalamio. Sed alia est de co-  
Græcorum opinio, ut statim dicemus. Sanè & Ve-  
nus Vrania cognominatur à Græcis, ut alias ex  
Pausania docuimus. Sed et eam Aegyptij hoc no-  
mine uocitant, ut docet Aelianus libro quarto de  
animalibus. Linum quoq; huiusc Musæ filiū Græ-  
ci quidam tradidere. Quin ut Pausanias scribit,  
ante Musarum sacrificia Lino parentabant Heli-  
conij. Sunt etiam qui minacem illam & diram He-  
lenæ stellam Vraniam appellant, ut testis est Lu-  
tatius seu Lactantius Placidus. Miror quosdam,  
alioqui eruditos nec incelestres poëtas, qui, quod  
in quopiam incerti autoris epigrammate legissent,  
Vrania poli motus scrutatur & astra, unam atq; al-  
teram in hac dictione syllabas contractiores, contra-  
ognem temporum musicorum legem productio-  
res fecerint.

¶ Nona postremo loco Calliope Musa memoras  
tur.

D·E M V S I S S Y N T A G M A . II<sup>4</sup>  
ur, que cantus suavitate et modulatione ceteris  
intecedes, ab omnibus plurimi aestimatur, unde et  
et à bona uoce, hoc est, ἡ τὸν καλὸν οὐπός deno-  
minatur: et Homerus canit, θεᾶς οὐπά φωνού-  
της, hoc est, deae uocem clamatis. Et Hesiodus eam  
aut sequi fortia facta ducum. Pharnutus utiq; eam  
rhetorice praesse existimat, quae uim persuadens  
di obtinet et impellendi populos. Verum alij Grae-  
corum grammatici poëticæ præfectam esse aiunt,  
unde et frequentius à poëtis ipsis inuocari solet.  
Literas quoq; huic ijdem attribuunt. At qui in Hes-  
iodum commentaria composuerunt, Calliopenis  
deo prestantissimam et maximam ceterarum di-  
ctam uolunt, quod omnibus carmina et uersus præ-  
stare dicatur. Aristarchus tamen προφρεστή-  
της, quasi προβυτάτης, hoc est, uetusissi-  
mam et antiquissimam interpretatur. Antiquior  
enim, inquit, poëtica ceteris disciplinis, cum hono-  
re, tum tempore, id quod in primo de poëtis pluri-  
bus me ostensurum puto. Suprà uero ex antiquis  
theologis ideo maximam et prestantissimam dixi-  
mus nonam Musam, hoc est, Calliopen appellatā,  
quod per eam significetur concors sonorum uni-  
uersitas sphærarum coeli, quas Plato, ne alios nunc

philosophos citem, moueri existimauit motione con-  
cordis harmonie. Ex Calliope uero, teste Asclepia-  
de, Apollo natos treis sustulit, Ialemum, Orpheu-  
m, & Hymenaeum: ex propria Martianus Capella  
et Claudianus Hymenaeum Musa genitum canunt,  
licet Catullus Vraniae genus, ut paulò ante dixi-  
mus, illum fuisse canat. Sunt qui non Apollinis Hy-  
menaeum, sed Magnetis filiu[m] fuisse tradunt, ipsumq[ue]  
Hymenaeum amatū à Thamyra, qui impudicæ ue-  
neris autor fuerit. De Orpheo quoq[ue], alij non Apol-  
linis, sed Oeagri filium, ut res est notissima, scripse-  
re. Quin idem ipse Orpheus alicubi testatur. Sed et  
Cymothona ex ijsdem Oeagro ex Calliope proge-  
nitum legimus in græcis commentarijs. De Ialemo  
uero Suidas refert quod infelix fuerit ex orphanus,  
unde etiam prouerbiū factum, Ialemo frigidior, de-  
re admodum frigida ex miserabili ex flebili: nam  
ex fletum Ialemum dicimus. Quidā præterea Cal-  
liopes, non Melpomenes (quod suprà diximus) Sire-  
nas filias tradidere. Scribit Hyginus Calliopen ab  
Ioue iudicem electam inter Venerem ex Proserpi-  
nam, cum utraq[ue] Adonis sibi optaret, at illa ita iudi-  
cauit, ut dimidiā anni partem alterutra possideret:  
qua re, ait, Venus indignata, Orpheum Callio-  
pes filium Thresbis mulieribus obiecit, que illum  
disceret

DE M V S I S S Y N T A G M A . 113  
lis scripscrunt . Atq; hactenus de Musarum nominis  
nus, eorumq; expositione, satis . Nunc que ad ipsas  
n uniuersum pertinere uisa sunt exponam, sint licet  
pleraq; omnia fabulosa, non sine tamē occulta signi-  
ficatione & allegoria . Illudq; in primis afferemus,  
Musarū uolucres apes existimatas esse, cuius rei tes-  
tis est Varro doctissimus , qui in libris de re rustica  
ita loquitur : Quæ, inquit, apes cum causa Musarū  
esse dicuntur uolucres, quod & si quando displices  
de sunt, cymbalis & plausibus & numero reducun-  
tur in locū unum, & ut Musis Helicona atq; Olym-  
pum attribuerunt, sic his floridos ac incultos natura  
attribuit montes . Proinde etiam non defuerunt quæ  
Aristeum scripscrunt pastorem fuisse Musarū, pro-  
pterea, quod primus apes, et mellis usum admiciens .  
Comatan quoq; pastorem fuisse legimus in commen-  
tarijs Theocriti, qui ex pecoribus singulis Musis  
cum rem sacram faceret, eius dominum indignatum  
fuisse, illumq; ideo in ligneā arcā conclusum Mu-  
sis eius salutem commisisse, quas mirum in modum  
Comatas pastor colebat: at arcā in sequenti mox  
tempore adaperiens dominus, Comatan uiuū repe-  
xit, in eaq; mellis fauos, quibus Musæ Comatæ uitā  
cōscrivauerat . Cicadas insuper Philostratus in Apol-  
lonij Tyaneis ita, et Plato in Phædro, à Musis cātū

habuisse scribunt, dicente Socrate. Ferter autem olim  
cicadas homines fuisse ante Musas: natis deinde Mu-  
sus, canticq; monstrato, illorum nonnullos uoluptate  
cantus usque adeo delitos fuisse, ut canentes cibum  
potuq; negligenter, imprudenterq; perirent: ex qui-  
bus deinceps cicadarum genus sit natum, cui Musae  
hoc munus dederunt, ut alimonia non indigeat, sed  
absq; cibo potuq; quādiu uixerit cātet: postea uero  
ad Musas proficiscatur, quam quis hominū colat re-  
nunciatōrū: illasq; gratas reddit mortalibus, cuius  
ipſi fuerant studio emācipati, sicut amantes Erato,  
saltatores Terpfichoræ, philosophos Vrania, et sic  
præterea. Musas uero alatas scribit Porphyrius in  
tertio de sacrificijs, id quod & à poëtis ſepe dictū  
eft. Vnde Ouidius de Pyreneo uim Musis parāte in-  
quit: Clauſit ſua tecta Pyreneus, Vimq; parat, quā  
nos ſumptis effugimus alis. Sirenas L. Columella in  
carmine de hortis, Musarū comites statuit: ita enim  
ille: Nunc uos Pegasidum comites Acheloidas oro.  
Pausanias tamen et Stephanus Musas aliquando cū  
Sirenis ab Iunone incitatis certamē habuisse tra-  
dunt, quo uictæ Sirenes pennas perdidere, atq; id  
circo à re locus Aptera in Creta uocatus eft: tuis  
ex ijs pennis Musæ ſibi coronas cōpoſuisse dicūtior,  
Id quod ſub allegoria intelligi polet, de malis et in-  
ceptis

ɔtis poëtis, qui bonis infesti sunt et fuere semper, sed  
 emum bonis et doctis uincuntur inepti. Existimat  
 iustathius ab Homero uerba alata, hoc est, ἐπὶ<sup>τ</sup>  
 πρόφροντες dicta fuisse, quod cum Musæ Sirenas ui-  
 issent in certamine, ex earumq; pennis se coronas-  
 ent, illis etiam placuisse ut uerba pennatae, ad maio-  
 rem Sirenum ignominiam dedecusq;, appellaretur.  
 Alij non fabulose, sed propter uerborū celeritatem,  
 uel ob eam quæ in ipsis uerbis est harmoniā et con-  
 sonantiam. Alij quod tanquā alae uerba aēra scriat.  
 Thamyras quoq; à Musis occaecatus fuisse traditur,  
 quæ res est, uel Homero teste, notissima. Musas insu-  
 per nigrā habere comam, innuere uidetur Pindas  
 rus cum cecinit, ιωπλικέμων μουσῶν, in hymnis  
 Pythicis: quo loco interpres exponit μελανοπλο-  
 κέμων, id quod quamuis ad formam referri possit,  
 nihilominus et ad arcanos et occultos poëtarū sen-  
 sus referri commode potest. Pastores etiā Musis ope-  
 rari et rem sacram facere tradit Theocritus, et eius  
 expositor, qui hac de causa id fieri ait, σῆγ. τὸ μέ-  
 λειψιν αὐτοῖς ωδῶν ὥν αὐτοὺς ἔφοροι, quoniam scilicet  
 ipsis cura est cantilenarum, quarum sunt ipsæ  
 præfides. Quinimò in hymno quodā Nemæo Pin-  
 darus eas uult filias esse Musarū, cū ita canit: αἱ δὲ  
 σοφαὶ μοσῶν θυγατόρος ἀσθενεῖ. ubi cōmen-

tatores hæc identidem inculcant, Musarū filia can  
tilena: quæ de re & Maneros agricola, ut est apu  
Julium Pollucē, Musarum discipulus fuit, qui apu  
Aegyptios agricultorū canticū adinuenit, quod a  
ipsius nomine Maneros appellatum est. Alia de ho  
ipso Manero Plutarchus in Osiri et Isi. Fuit & R  
mæ Camœnarū lucus, ut scribit Liuus, quæ Numa  
Pompilium ait condidisse, & medium ex opaco spi  
cu fons perenni rigabat aqua: quò quia se persæpi  
Numa sine arbitris, uelut ad congressum deæ infere  
bat, Camœni eum lucum sacravit, quod dearu sibi  
concilia cum coniuge Aegeria essent, & soli Fidei  
solenne instituit. Addit Plutarchus in Numa, & lo  
cum & prata eisdem dicasse, ubi ancyle è cælo ce  
ciderat. Dionysius uero Halicarnasseus, & Aege  
riam ipsam Musam ait ab aliquibus existimatā esse.  
Metapontini ciuī uicum ubi Pythagoras diuersari  
solitus erat, Musarum uocauerunt, teste Laërtio. Ly  
curgus quoq; ut est apud Plutarchum, bellicæ exer  
citationi Musicæ studiū admiscerit, quo bellandi ues  
timentia modulatione temperata, consonantiā con  
uenientiamq; haberet. Itaq; rex anteq; pugnas ini  
ret, Musis, quod etiam Capella testatur, litabat, quo  
& oratiōe p̄eclarāq; memoria digna facinora pu  
gnantes ederent. Ptolemaeum Philadelphum scribit

Victruius

DE MUSIS SYNTAGMA. 117  
ictruius in septimo architeeturæ, cū nobilissimam illam Alexandriae bibliothecam constituisse, dos Musis & Apollini fecisse, et in ijs uictoribus ræmia constituisse. Pythagoram quoq; scriptum liquit Cicero, bouem Musis immolasse, cū nescio-  
uid in geometria reperiisset. Illud etiam, quod nos-  
simum est, addo, Herodotum, qui Græcorū est ele-  
antissimus & florentissimus historiarum scriptor,  
uīq; nescio quo modo T. Liuū Quintilianus com-  
arat, libros suos nouē historiarū, à nouem Musarī  
omnibus prænominavit. Illud etiamnū obseruat  
I. Gellius, viros quosdam doctos libros suos Musas  
inscripsisse, ut Aurelius Opilius, et si antiquarij ex  
nomismatibus quibusdam uetus Opelium potius  
quam Opilium scribi contendat. Bion quoq; rhetor  
nouem & ipse libros edidit Musarum nominibus in-  
scriptos. Mitto hoc loco poëtas plerosq; qui fabu-  
as et poëmata eodem Musarū nomine uocitarunt,  
d quod copiosius manifestiusq; ostendā in his, quos  
liu partorio, poëtarū dialogis. Legimus præterea  
quosdam apud antiquos Musæ nomine cognomina  
os, ut medicus ille insignis Antonius Musa, qui cū  
Octavio Augusto uixit. Fuit & Musa declamator,  
cuius nonnullæ sententie apud Senecam leguntur.  
Fuit & Pomponius Musa, cuius insignia extant no

mismata. Sed et Musam suam Athenienses Miner-  
uam dicere solebat, quam et M. Antonio blandien-  
tes, qui se Liberum patrem dici uolebat, in matrimo-  
nium desponderunt. ille ducturū se recepit, sed ab ijs  
ait se mille talenta dotis nomine accipere uelle, quā  
pecuniam et exigit, re eludens inuercundam illo-  
rum assentationem. Sed cum doctrinaru et leporu  
Musae sint praesides, homines inelegantes et sine do-  
ctrina ac lepore antiquo prouerbio eludimus, et μύ-  
σος græca uoce nuncupantes, eosq; à Musis Gra-  
tijsq; abhorrere dicentes. Næ illud quoq; non præ-  
tercundum, quod apud Suet. Tranquillum in Au-  
gusto, et Ouidium in Fastis legimus de Hercule  
Musarum, qui à Martio Philippo dicatus est, et de  
constructa ipsius dei et Musarū que una coleban-  
tur: cuius rei causam Plutarchus in questionibus  
uestigans, ex Iubæ autoritate ait, Euandrū edocuit  
ab Hercule literas, gratis id statuisse. Alij uero Her-  
culem Musagetēn appellatū fuisse tradunt seorsum  
ab Apolline, cuius antē meminimus: qua de re in or-  
tione de instaurandis scholis incerti autoris, quā ni-  
hilominus Eumenij fuisse quidam (quod ex ipsa ora-  
tione colligitur) existimat, hanc talem historiam his-  
terbis legimus: Aedem, inquit, Herculis Musarum  
in circo Flaminio Fulvius ille nobilior ex pecunia  
censoria

DE MUSIS SYNTAGMA. 119  
matoria fecit, non id modo securus, quod ipse literis  
r summa poëta amicitia duceretur, sed in Grecia  
im esset imperator, acceperat Herculem Musagena  
in esse, hoc est, comitem ducemq; Musarū. Idemq;  
rimus nouem signa, id est, omnium Camœnarum,  
ux ex Ambraciensi oppido translata sunt, sub tute  
i fortissimi numinis cōsecravit, ut res quæ à mutuis  
peribus & premijs iuuari ornariq; deberent, Mu  
arum quies defensione Herculis, & uirtus Herculis  
ioce Musarū. & hucusq; ille. Nec hoc loco omisca  
rim, fontem Romæ fuisse qui Musarū fons appellan  
batur, cuius rei testim habeo Plutarchū in libro de  
fortuna Romanorū, qui ait, prope eum templū uira  
ginis Fortunæ positū fuisse, ea ratione, ut puto, quo  
niam poëta sit opportuna fortuna: uel contrà, quod  
fortunæ etiam opportunus sit poëta, quasi illius præ  
co. Ad hæc Musis Gratiæ coniunctæ dicuntur, quo  
niam & poëtis Charites ipsæ necessarie esse uiden  
tur. Ab eo uero fonte quem modo dicebamus, non  
longe absuit templum illud Musarum, ad quod poë  
ta sua carmina deferre & recitare soliti erant, sicut  
ti Græci in Athenæo & Odeo consueuerāt, ut Por  
phyri tradit. Est autem Odeū locus, ut est apud  
Suidam, ut alios mittā, à Pericle constitutus, in quo  
musica edebantur certamina. quod cū ignorasse nis

datur Domitius in Pausania Attica, quam in latiori  
vani trastulit, pro eo quod est, in theatri, quod odeum  
occupat, accessu, ipse latine uerit, in theatri quod  
cantilenarū appellant vestibulo. Loca etiam ubi stu-  
demus, & de studijs literarū agimus, Musæa appelle-  
bantur, à Musis. Musum quoq; locū commemorat  
Stephanus apud Olympum in Macedonia, idq; ade-  
seruit Polybius autoritate. Museū insuper Philostra-  
tus in uita Apollonij, locum seu templum ait esse  
ubi Musæ colerentur, & responsa redderent: quod  
& Iulius Pollux affirmat, apud quem etiam μυστόν  
λέγεται, hoc est, Musarū numine affiliatus legitur.  
Fuit etiam symposiorū lex apud antiquos, ut à Gra-  
cijs pocula inciperent, & in Musas desinerent: qua  
ex re Apollonij exposidores tradunt, Musas coniu-  
niorum & celebritatum praesides esse: unde etiam  
coronis puto, alijsq; scrtis, quibus & poëtae ipsi con-  
veniantur, ut dicuntur: qua de re locupletius, ut spe-  
ro, in poëtis agemus. Sed enim iam tempus est,  
ut eo Græcorum trito prouerbio libellum conclu-  
damus, quibus magis indies ad disciplinarum & sa-  
cientiae studia prouocamur, Musarū fores & atria  
semper patere & aperta esse, sineq; inuidia & liu-  
re esse: hoc est, quod illi dicunt, οὐρανοὶ πολύες μου-  
σῶν βύρρες, οὐρανοὶ αἰρέτες.

Hec

# DE MVSIS SYNTAGMA. 122

Hec ego fortasse pluribus quam oportuit, & te  
merè nimis de Musarum fabulis scripsi: non ideo ta-  
men quisquam uitio ueritat, quod Christi pietati &  
religioni addictus, nonnulla his parū Christiane re-  
ligioni consentanea collegi. Absit à me, & quidem  
procul, ut quippiam contra pietatem loqui ausim,  
ut dū emulare. Illis certe colligendi laborem adem,  
quibus exactior est doctrina, & maiorem con-  
quentia ad gentilium errores  
explodendos.

## DE MVSIS LIBELLI. FINIS.

**S**O I O A N N I S I N A  
PIO GERMANO VIRO ERV-  
DITISSIMO, ET FRANCISCAE  
Bucyroniae puellæ lectissimæ, Lilius  
Greg. Gyraldus lætas nu-  
ptias ominatur.

**I**Te agite ô iuuenes, quos, et si disita longe  
Vos genuit tellus, quam bene iungit Amor,  
Coelestis nos necrit Hymen, uos perpeti nexu  
Hercidae nodi pronuba Iuno ligat.  
Et uobis par anymphyus adest Cyllenius ales,  
Carmina dat Phœbus, Bacchus agit thyasos.  
**Q**uare agite ô iuuenes Veneris ne cedite luctæ,  
Mafcula dum faboles uos probet esse partes.

**I**N N V P T I A S I O A N N I S  
S I N A P I I B A R T H O L O M E V S.  
Ferinus Illustris. Principis Fer-  
rarize Secretarius.

**Q**uod diuī auspicijs Bucyronia docte Sinapi  
Ingriditur thalamos culta puella tuos,  
Gratulor ex animo, tali tu coniuge dignus  
Scilicet, & tali digna erat illa viro.  
Ergo pares animis precor infudate medullis,  
Sit fine nox curis, sit fine lite dies.

Vox

*Vosq; senes uideant concordi pignora pace,  
Quos iuuenes sancto foedere iunxit Amor.*

## A L I V D.

*Postquam perpetua longe mansura per ciuus  
Vos stabili iunxit foedere sancta fides,  
Mutua nunc uario coniungite brachia nexus,  
Conturbate simul basia mille modis.  
Cum uero alipedes immerserit aequore Titan,  
Et fuerint multa pocula trita manu,  
Ite pares animis nocturna in prælia, donec  
Excidat à fesso debilis hasta viro.  
Leta nec inuideant uobis hæc tempora Parce,  
Ducentes tarda staminæ longæ mora.*

C Y N T H I I   I O A N N I S  
B A P T I S T A E   G Y R A L D I   I N  
nuptias I O A N . S I N A P I I Ger  
mani, & F R A N C I S C A E  
B V C Y R O N I A E  
Gallæ

## EPITHALAMION.

*E*rgo cum celebrēt tot uales leta S I N A P I  
Connubia, ut resonet letos urbs tota hymen  
Nos Erato indictos huius linquens amores? (nec  
Quin iuacula canæ, ex myrto præcincta uirenti.

Huc propers, atq; animis facilis tete infere nostris;  
Nūcq; S I N A P I ambo dulces referamus amores.

Nec te Phoebe pater teneat nūc delphica Pytho,  
Quin huc accedas redimitus tempora lauro,  
Et plectro insignis: nobis nam carmina uati  
Sunt danda, et medico insigni. tu carminis autor,  
Tuq; artis medice inuentor, nunc gloria poscit  
Te tua, nunc cithare uocales tangere chordas  
Est opus, ex dulci modulari carmina uoce.

Viderat ē summa coeli Venus aurea sede,  
Te puerum genuisse tibi Germania felix,  
Qualem nulla unquam viderunt secula, qualem  
Non tulit ulla unquam regio, quem matre calentem  
Mnemosyne exceptiq; ulnis, undaq; Aganippes  
Abluit, ex paruum Mufis mandauit alendum.  
Quem docta Vranie, quo pauerat Orpheo lacte  
Meonidem, Ascreumq; scenem, magumq; Marone  
Nutriuit, docuitq; omnes tentare recessus  
Aonij nemoris, dulcesq; intendere neruos,  
Et doctos numeros uocalibus addere neruis.

Hunc ergo ut' uidit uolitantis mater Amoris,  
Tu charus formose mihi placidissima dixit,  
Tu mihi miles eris, sic te fata aspera nunquam  
Sollicitent, iubeantq; aeo pubescere lēto,  
Aeternos pueriq; oculis afflavit honores.

Ast

Ast ipsum firmata uitium cum reddidit ætas,  
 Cumq; annis flos formæ ingens, et gratia crevit,  
 Obstupuit magis atq; magis formosa Dione,  
 Et secum: Nunc quādō tenent me numina Martis,  
 Nec mibi nunc fas est illius linquere flamas,  
 Mecum erit iste labor, compar quo diuncta puella  
 Sit tibi, que pulchra faciat te prole parentem,  
 Et felix tecum felices exigat annos.

Hæc dicta ubi dedit, Paphias frenare uolucres  
 Iusit, et aurato deuicta per aëra curru,  
 Dilectam liquitq; Gnidon, Cyprumq; Paphumq;  
 Et quā sol oriens cœlo se immittit aperto.  
 Carpsit iter longū, et Rhodanus quā affuit undis  
 Fessa stetit, multisq; hic tandem è millibus unam  
 Seligit eximie præstantiem munere formæ,  
 Florentemq; annis, Bucyrono è sanguine cretan;  
 Quam possis facile formosam dicere Cyprim  
 E medijs exortam undis, quod gratia spiret  
 Huic blādū, atq; adsit semper bene suada uoluptas.  
 Diua igitur secū hanc liquidū per inane colubis  
 Italianam inuexit, tenues et lapsa per auras  
 Hans tibi concessit felix Ferraria habendam.  
 Et dubitamus adhuc, terris magis omnibus unam  
 Te coluisse Cyprim, nunc quando uirgine tale  
 Te dea donauit, qua non formosior illa.

115 EPITHALAMION.

Interea iuuenis Phoebeis altius in antris,  
Egregius forma iuuenis, quem dicere Phoebum  
Iure queas, citaram si pulset pectine eburno,  
Italiam petijt, medicas quo disceret artes,  
Et morbis adhibere manus. duce Cypride gressus  
Huc etiam flexit, rapido qua labitur amne  
Eridanus, lambitq; tuos Ferraria muros.

Tum Venus exultans successu leta secundo,  
Atq; artes meditata nouas, dum forte pueris  
Immixti pueri, manibus per mutua iunctis  
Exercent chorem sinuoso in crura reflexu,  
Regali in techo Alcide, dum tibia cantus  
Dant molles, sonituq; auras demulcent amoeno,  
Adnolat ad natum, atq; illi sic farier orsa est:

Nate decus summū matris, mea summa potestas  
Nunc opus arte tua est, tuis nunc mibi nomina pro-  
Est locus Alcides qua rerum flectit habenas (sunt.  
Magnus Atefinus, soboles dignissima patre,  
Illuc nunc properes celeri per inane uolatu  
Nate uelim, iuuenemq; mihi Germania quondam  
Quem genuit, figas telis, tencramq; puellam  
Gallia quam diues Latias transmittit ad oras,  
Atq; ambos (quamuis illos discreuerit orbis  
Ultimus) ipse tuis coniungas ignibus opto.  
Et ne te fallat species, est proxima forma

Virgo

Virgo mihi, usque adeo, quod tu me credere posses,  
Ni faceret certa insignis discrimina cultus.

Est Baccho iuuenis, Phœboq; simillimus ore.

Quare age nate celer regali te inscre tecto,  
Rumpe moras, facilis nostro patet exitus igni,  
Implicitis pariter manibus dum ducere festas  
Lætantur choreas, ex saltu corpora librant.

Vix bene finierat, gemmatis aëra pennis  
Tranat Amor, charæ ex peragit mādata parentis.  
Namq; ipse aurata dempsit duo tela pharetra,  
Quæcis erat ex auro fulgens sub arundine cuspis,  
Et neruo imposuit ualido penetrabile ferrum,  
Curvati duxitq; arcus mox cornua longe,  
Et tandem multa ui adducto ad tempora neruo,  
Aurata incutis transfixit corda sagitta.

Accepere ambo cæcum sub pectore uulnus,  
Vruntur pariterq; ambo, pariterq; calores  
Ambo fuent, mollisq; utriq; est flamma medullas,  
Ex illo est formosa magis pulcherrima uirgo  
Visa uiro, teneræq; etiam uir uisus amanti  
Pulchrior illa genas grato suffusa rubore  
Hæret in obtutu iuuenis, nunc sedula laudat  
Lumina digna polo, primæ floremq; iuuentæ,  
Ora, manusq; ambas, niueo ex candore ruborem  
Immixtum uultu, cœnulilia candida uermis

Mixta rosis, haec ritq; oculis scientibus ignem,  
Singula dum spectat, secum dum singula laudat,  
Externiq; toros ardens desiderat orbis.

Nec minus ipse etiā iuuenis sua gaudia uerat,  
Lumina dum spectat, flagrantis pabula amoris  
Lumina, & illustris miratur frontis honores,  
Virginis os, habitumq; sue, faciemq; serenam,  
Quam liuor, licet id cupiat, non carpere poscit,  
Usque adeo inuidiam superat: nigrosq; capillos  
Quos simul in nodum fuluo collegerat auro  
Docta manus. Pariū ex superātia pectora marmor  
Laudat, & in tenero turgentes pectore mammas.  
Hic hæretq; amens, immoto hic lumine perstat,  
Iam cupid amplexus, iamq; oscula figere labris  
Mucice depictis, titubantem ex sugere linguam,  
Atq; animam miscere anime conserta per ora,  
Gaudia iamq; tori tacitus sub pectore uoluit.  
Nulla quies animo: namq; altè est uulnus adactum,  
Nulla ope Pæonia, nullis medicabile succis.  
Sola potest Cypris longos finire labores,  
Et grauiibus curis optatum imponere finem.

Hinc non passa Venus curis grauioribus un  
Egregios iuuenes, longos miserata labores,  
Coniugis Alcidæ regalia tecta subiuit,  
Hisq; illam alloquitur, dictisq; inspirat amorem:  
O digno

O digno coniuncta viro, iam numine nostro  
 acta parens, dulces Lucine experta labores,  
 et felix una ante alias, que cœtibus extas  
 tantum foemineis, quantum Latonia virgo est  
 virginibus prælata suis, Nereidas una  
 Quantum exto: si grata tibi sunt munera nostra.  
 Ne pigeat, quos nostra diu iuxtere uolentes  
 Numina, iam tandem tæda sociare iugali.  
 Quos loquar ipsa tenes, nouit namq; ultima tellus  
 Horum ignes, quibus et uotis connubia poscant,  
 Nedum tu, assidue cuius coluere penates.  
 iam virgo matura utro est, iam flore iuuentæ  
 Fulget amans iuuenis, parq; est in utroq; uoluntas,  
 Alteriusq; alter placido respondet amori.  
 Ante igitur tacito ueniat quam senior ætas  
 Vecta pede, et membris irrepat cana senectus.  
 Non satis apta toro, soboli non utilis ætas,  
 Legitimo incumbant i thalamo, natisq; creandis.  
 En Hymenæus adeſt, dextra ium lāpada quassans,  
 Flammeolo intectus croceo, cui iungere tæda  
 Corda simul licuit, ne non felicia credas  
 Connubia, et superum summo fore grata parenti.  
 Quin infensa mibi Iuno nunc exuit iras,  
 Et mecum delapsa polo nunc dona ministrat  
 Aptoris, optatq; æterno hos iungere nexus.

Tu quoq; dina mihi faucae, et perfice munus  
Optatum à superis, nec amantum gaudia differ.

His dictis rosea Cypris ceruice resulxit.

Agnouit regina de am, nec plura morata,  
Huc iubet acciri charam de more puellam,  
Oscula libauitq; illi, dehinc talia fatur:

O virgo dilecta mihi, dilecta Dionæ,  
Illa dies uenit qua tu potiere cupito  
Nupta uiro, gratare tibi. tunc gaudia pectus  
Tentarunt Nymphe, quamvis sua gaudia cœlet,  
Et roscus tegat ora rubor, pudeatq; fateri.  
Huc autem pallam gemmis auroq; rigentem  
Regina afferi iufuit, charæq; puellæ  
Exultans placidis manibus concepsit habendam.

Tum socie huc se se agglomerat, pars ducere cri  
Letatur comiti nardo, pars pectine eburno (nes  
Multifidum discriminat, parsq; ordine ponit,  
Et uarios nequit flexus, uariosq; reflexus.  
Hæc capiti crinale aptat, radiantibus ardens  
Gemmis, distinctumq; auro, quod fœmina Coa  
Arte laborarat, preciosæ munera dextræ,  
Ornatus reginæ olim, dignusq; Minerua.  
Virgineis aliæ ex humeris demittere uestem  
Gaudent, atq; aurum tereti circundare collo  
Tortile, nexilibus nodis baccisq; decorum.

Mox

Mox multo comptam cingit regina smaragdo,  
Et quamuis maior, gestit minor ire marita.

Talis erat virgo gemmis redimita coruscis,  
Qualis per uarios terra est depicta colores  
Vere nouo Zephyri flatu, uel qualis ad astra  
Iuit ouans tigres leuibus moderata capistris  
Lenei coniunx, radianti compta corona.

Huc etiam accitus iuuenis se feruidus infert,  
Cui roseæ ceruicis honos, tacitusq; moratur  
Tot uotis optata diu connubia amantis.

Ecce autem cœlo missus Cyllenius ales  
Improuisus adeſt, hilarans tecta omnia uultu,  
Et patris mandata refert, monstratiq; fuisse  
Cœlitibus curæ hos ut lecti foedera iungant,  
Et capiens dextra iuuenem, leuaq; puellam,  
Optatis tandem sanxit connubia uerbis.

Signa dedit Iuno facti, tunc mollis amorum  
Insultat pubes thalamis, et lilia necdit  
Alba roſis, largosq; effundit nectaris imbræ.  
Præcinit et faustum uati quoq; Cynthia omen,  
Huc pedibus uectus turba comitante sororum.  
Dulce canunt Charites, canit et Semeleius Euan,  
Visus Amor agitare faces, et ducere lusus.

Tunc tectis mensas famuli longo ordine ponunt  
Regifico instructas luxu, pars liba paravit,

Parsq; dapes alias, pars Massica uina coronat.  
 Ergo multa omnes cum ultro citroq; dedere,  
 Et tecta ingenti complerunt regia plausu,  
 Discubuere simul. Sed ubi laticumq; dapumq;  
 Est exempta fames, et amor compressus edendi,  
 Actutum forma insignis cultuq; uerendo  
 Et genere illustris, felix tua Gallia proles,  
 Parthenia Aonijs dudum comes addita Musis,  
 Iuncta uiro, necnon præclara prole superba,  
 Obloquitur numeris, festa hisq; Hymenæa frequen-  
 Percurrens citharæ uocalia fila canoræ. (tat,

Iungitur optato iuueni dum pulchra puella,  
 Iungitur optatae iuuenis dum pulcher amanti,  
 Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Tempora præcingat mollis tibi amaracus, atq;  
 Flammeolus te ornet croceus, croceisq; cothurnis  
 Indue diue pedes, felices concute tædas.  
 Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Nil sine te Cypris potuit, nil regia Juno,  
 Quamuis illa urat, quamuis hæc iungat amantes.  
 Non natis unquam poterit domus ulla potiri  
 Legitima è tæda genitis, ni numine præsens  
 Ipse ades, et sanctis iungatur nexibus una  
 Te duce uterq; parens, proli te incumbat uterq;.  
 Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Nig

Niꝝ tuo primæ libentur munere noctes  
oniugibus, faustum nil est, nil deniq; felix.  
ronuba quin furia infelix his concinit omen-  
onnubis, tua quæ penitus pia numina temnunt.  
Juminis ergo tui ne desit gratia nobis,  
Iuc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Nanq; bonæ Veneris tu dux, tu solus amoris  
sq; autor sancti, tibi debet quicquid in orbe  
rogenuit licito gens omnis munere legit.  
Iuc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Te poscat uirgo uotis, teq; ipse maritus,  
et nos te petimus, precibus bonus annue nostris.  
acusat iam uirq; moras, iam pacta puella  
et manet, et cupido sese optat iungere amanti,  
lexipedes iunctæ ut uites frondentibus ulmis,  
rachia uel quercus cingunt nodosa corymbi.  
Iuc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Vesper adest Veneri gratissimus, en age segnes  
umpe moras, ueloxq; pedes huc flecte beatos.  
Te, rogo, ne differ primæ noua gaudia noctis,  
Quæ uir suspirat, suspirat pacta puella,  
et desiderio iam contabescit uterq;.

Quare age sollicitos iam nox coniungat amantes.  
Iuc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Iam uenit, en tæda fulgor, iam lutea fecum

Flammea fert nuptæ, prodat nunc obvia virgo  
 Læta deo: pudor ire uetat, timet ipsa quod optat:  
 Ille tamen properat, felix gratare puella,  
 Nam fausto portat letas tibi sydere tædas,  
 Quæis coniunx iungere viro felici Hymenæo,  
 Inq; sinus tendes optati optata mariti.

Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Fortunate puer, qualis tibi ducitur uxor?  
 Non uelox Rhodanus potuit, rapidus' ue Garūna,  
 Te dignam huc misisse magis, seu munera formæ  
 Siue animum spectes, seu quo sit sanguine creta.  
 Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

O felix virgo quali iungere marito?  
 Non mage te dignum uidit gens accola Rheni,  
 Nec quenquam Latias unquā transmisit ad urbes,  
 Cui mage te posses felici iungere tæda.  
 Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Non ego crediderim factum sine numine diuīm,  
 Ut quos extremus tantum discreuerat orbis,  
 Perpetuo iungat nexus felix Hymenæus.  
 Huc ades ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Viuite felices longum concorditer annos,  
 Nascatur soboles reddat quæ utrung; parentem,  
 Gallica qua exultet, qua exultet Cymbrica pubes,  
 Quæq; utrang; domum factis super æthera tollat.

Huc

'uc ades ô Hymenæc, Hymen ades, ô Hymenæc.

Talibus orabat percurrens pectine chordas  
arthenia, & gratis mulcebat cantibus aures.

Interea somnos suadent labentia cœlo  
ydera, & ad thalamos poscit Saturnia amantes.

Tunc utrung; simul neclit Venus aurea cesto,  
licq; ubi posuerat socium concordia lectum  
coniunxit fausto nexu, mox talibus infit:

Nunc uos bella manent uoto quæsita perenni,  
paceq; grata magis, nunc uobis carpere munus  
optatum toties fas est. tu pollice dextro  
carpe puer florem, nec te suspiria flectant  
coniugis, igne pari tecum calet illa, cupitq;  
Quod renuit, nostras fortis tu suscipe pugnas,  
Quamvis illa gemat, quamvis luctetur amanti,  
victa cadet, tecum & capiet solatia amoris,  
Crede mihi, atq; ultro que nunc pauet illa reposcat  
ura tori: tu tela cape, & iam cominus illam  
Aggredere, est Phœbes manib. iam zona recincta,  
Nuncq; mora in damno est, iam viribus utere totis,  
virgineumq; bibat iamiam grauis hasta cruorem.  
Fac plagis allecta nouis languescat in ulnis  
Lassa puella tuis, instantesq; abnuat ictus.

Tu uero cupido uirgo coniuncta marito  
Pone metum tandem, libeatq; dedisse petenti

Molle femur iuueni, iam nunc pudor omnis abesse,  
 Iam lucte q; uacate ambo, nec prælia iniſſe  
 Sit bis tereue fatis, cupiunt iterata pueræ  
 Vulnera, fasq; uiris non eſt diſcedere pugna,  
 Ni cadat eſt uictus cedat iam languidus hostis.  
 Amplexus hederas ſuperent, grata oſcula conchaſ.  
 Parcere nec lateri libeat, nec parcere lucte,  
 Debita dum ſoboles foecunda crescat in aluo,  
 Que matrem reſerat forma, factisq; parentem.

Hæc ait, eſt clara perſudit luce penates  
 Alma Venus, petijtq; poli radiantia tecta,  
 Inq; ſinu Getici penitus resoluta mariti,  
 Et iuuenium ludos, eſt mutua baſia ſpectans  
 Conſertis repetita labris, uelut emula amantium  
 Mollius ipſa etiam ſolito ſe iuxxit amanti.

Hactenus hæc nobis licuit ceciniffe, nec ultra  
 Progrediar dictis, cum non mihi cuncta patescant.  
 Cætera nox nouit, narret modo cætera coniunx.

EPI THALAMI FINIS.

AD HONESTISS. NOBIS  
LISSIMA MQUE VIRGINEM  
FRANCISCAM Buçyroniam Gal-  
lam, quæ tunc à parentibus nobili cuiusdam  
Gallo desponsa esse ferebatur, in au-  
la illustrissimæ Principis  
Ferrariensis,  
δι χριστού γαμήλια

D. IOANNIS FICHARDI:

**S**i me Castalio dignum Pataræus honore,  
Vel me Pieris ulla suo uoluisset amore,  
Non aliose quidem meditarer carmine cantus,  
Quam meritas adeò laudes, atq; inclita famæ  
O Francisca tuae præconia, me quibus altum  
Parnasum petere, & sacra flumina sepe iuuare.  
At miser hoc duris fatis exclusus utroq;  
Cum me nec Musæ, nec iniquus curat Apollo,  
(Et meritò, quem castra uident aliena secutum,  
Iandudum sacros rigidum contemnere fontes)  
Quid faciam? inuitis tua scilicet ipse Camoenis  
(Imprudens factum) dulcissima nomina cantem?  
Et tamen ille pius, tibi quo ferè iungor amore,  
Non sinit officio cupidum me absistere grato.  
Ergo quod ipsa negat mihi Musa, recusat Apollo,  
Suffice uirgo meæ, uoco te, castissima menti.  
Ast ego quo tandem feror impete? qua ratione

Eximias laudesq; tuas & dicere dotes,  
 Q[uo]d tibi magna parens plenis Natura maniples  
 Contulit, instituo: que tanti digna laboris  
 Gratia: nimurum generoso sanguine natam  
 Te celebrem: magna cum sedulitate parenti  
 Eductam utriq; & teneram puerilibus annis  
 Artibus instructam cunctis, quis scilicet istum  
 Nosse deceat sexum: tum iam præsentia cantem  
 Ac mihi nota magis, uultusq; oculosq; micantes,  
 Candida purpureum subeuntemq; ora pudorem:  
 Et tua que roseis dulcissima uerba labellis,  
 Qualia Pegasides poterant decuisse sorores,  
 Hec tam suave fluant: & tam iuvenile decensq;  
 Q[uo]d corpus reliquū est: cū te omnia protinus ora  
 Seu tu Santonica uenias uelata calyptra, (nent,  
 Seu rorsum Latio uenias bene compta byreto.  
 Hinc autem, mihi maius opus, si dicere pergam  
 Ornamenta tue mentis, uariasq; beati  
 Ingenij dotes, reliquas quibus ipsa puellas  
 Sic superas, comites ueluti Dictynna minores,  
 Dum tibi nil prius est animi moderamine casti,  
 Et studijs rebusq; pijs, dum sacra libenter  
 Scripta legis, cupideq; intellectuisse laboras,  
 Dum nostras etiam deamas Franciscā Camoenas,  
 Scilicet haec, atq; his longe quoq; plura, quid autē?

Hec

Hei mihi, cuncta aliena meis ego gaudia Musis  
 Securus cantem? quibus, hei mihi, lætior alter  
 Iam fruiatur partim, et multo amplius inde fruetur?  
 Ocia non erit hoc uano amississe labore?

Iam ueniet Gallis huc expectatus ab oris  
 Ille tuus, cui deberis castissima, sponsus,  
 Qui te quam canimus tota potierit, et cheu-  
 Hinc secum patrias, sua gaudia, ducet ad arces.  
 Nos moestii æternum, Latio sub sole reliqui,  
 Ne quicquam ueteres animo repetemus amores,  
 Ingenijq; tui dotes memorabimus, ipse  
 Possessore suo licito que iure tenentur.  
 Nec tamen inuideo, fati que magna uoluntas  
 Constituit, decet ut facilesq; pijq; feramus,  
 Quæ propter potius solemnia uerba precesq;,  
 Ore fauente bonas nos concipiems amantes:  
 Hoc etenim pietas monet, et Francifca mereris,  
 Ut tum coniugij, quod sortes fataq; primo  
 Sanxerunt euo, tibi tempora lata precemur.  
 Ergo præcipuo tibi deditus ipse fauore,  
 Hac superos pro te clara tunc uoce rogabo:

Dij quibus et syncerus amor, thalamiq; iugales  
 Sunt curæ, tu blande Geni, tu pronuba Juno, (do,  
 Tuq; Hymenæe pater, Charites, Venus alma, Cupi  
 Vos ego supplicibus precor, o bona numina, uotis,

Iam nuptura suo tandem Francisca marito,  
 Legitimo sua colla iugo submittit, et ipsum est  
 Ingressura nouum uitæ genus: ô bona amoris  
 Numinis, felices illi concedite tædas.

Sit, date, lœta dies, sit fausta, sit omne dextro,  
 Quia sua solenni celebrat nunc gaudia festo.

Luce sed eueniat multo nox lætior ista,  
 Hec quando chari thalamis inducta mariti,  
 Sponsaliq; recepta toro, se iunget amanti.  
 Mutuus ex illa nunquam cadat ardor utrisq;  
 Nocte, nihil sese iucundis inferat annis


Vnde dolere queant, primamq; remittere tristes  
 Lætitiam sit opus. sese Francisca marito  
 Non minus hoc semper felicem prædicet, ac nos  
 Nouimus hac illum fore coniuge iure beatum.


Ipsa suos omnes feliciter exigat annos,  
 Et multa lœtum fœcundet prole parentem.

At tu regia luno, et tu quoq; mater amoris,  
 Vestræ exuite cestus, et cingite sponsam,  
 Aeternoq; duos coniungite vinculo amantes.


Talia tunc pro te nobis optare licebit,  
 Alterius sed fructus erit, tua gaudia crescent,  
 Nos tristes alios deinceps queremus amores.

F I N I S.










I V D I C I V M V O  
C A L I V M D E Σ I Γ M A E T  
T a v , ex Luciano uersum à  
Cælio Calcagnino.

E I V S D E M A P O L O G I A F E  
*stiuissima pro τ contra σ,*  
*Lucianicæ accusatio-*  
*ni respondens.*



A M P L I S S I M O V I R O  
T H O M A E F V S C O , I L L V -  
S T R I S S . H I P P O L Y T I C A R D .  
E S T E N S I S A S E C R E T I S ,  
C O E L I V S C A L C A -  
G N I N V S S .



V O D tumultuariò expressum  
opus ad te dem, t h o m a Fu -  
sce uir doctiss. nolim mihi abs  
te uitio uerti, neq; illud obiisci,  
<sup>αμνια βεβίζε</sup>. Desperauit scilicet  
me quicquam tam elaboratū instructūm  
posse apparare, quod grauissimo iudicio  
tuo satis foret: tum uero non minus tui uoti  
quād existimationis meæ rationē mihi ha -  
bendam puraui. & profecto hæc ipsa celeri -  
tas poterit aliquo pacto impolitiem operis  
excusare, cuius ea est in primis indicatura, is  
genius, ut te breui admodum à Maximi  
Principis negotijs auocet, & quād -  
ocyssime definat displi  
cere. Bene uale.

k 2

S I F M A   A C C V -  
S A T T A Y, L V C I A N O S A -  
m o s a t e o a u t o r e , C Æ l i o C a l -  
c a g n i n o i n t e r p r e t e .

**Q**vom summum magistratum gereret Ari-  
starchus Phalereus, Pyanepsonis adhuc  
cōsistētis septima, id est, circiter Nonas Octobres,  
σιγμα των literam in iudicium uocauit, septem  
uocalibus super ui peculatuq; iudicibus. Quereba-  
tur autem se inde perpetuo exturbari, ubi των ges-  
minatum scriberetur.



V O M nondum, uocales Iudices,  
των ista præter omnes legum san-  
ctiones res meas inuadēs atq; usur-  
pans, me grauius laceſſeret, æquo  
animo iacturam fribā, et si qua  
in me dicebantur, obaudiebam fermè. Nostis enim  
optimè æquitatem ac modestiam animi mei, quam  
semper erga uos cæterasq; syllabas seruauī. Sed  
postquam adcò eius intemperies atq; insania inua-  
luit, ut non contenta his quibus me hactenus de-  
fraudauit, amplius moliatur, iniuriamq; uberiorem  
mihi facere meditetur, operæ preciū duxi apud uos,  
quibus abūde utriusq; mores sunt explorati, eam in  
iudicium

iudiciū uocare. Nam prorsus ingens timor me habet, ne ijs cōtumelijs allidar omnino atq; opprimat: fit enim superioribus damnis accessio, mihiq; plurimum uerendū est ne meo loco ejciar, et si diutius se lentio indulsero ac quieti, ne ex literarū albo penitus explodar, aut certe ne animo pendeā: Et hoc ipsum ne accidat mihi, semper erit extimescendū. Par est igitur non uos modo ad quas spectat iudicium, ue-  
 rum & reliquas literas huiusmodi discrimine moni-  
 tas, publicæ securitatis rationem habere. Si enim li-  
 cuerit in rem alienam grassari uolētibus, uosq; illud  
 impunè tuleritis, sine quibus nihil omnino scribi po-  
 test, non uideo quo pacto ordo ille à primis olim re-  
 rum auspicijs institutus, rationē ac morem suum diu-  
 queatur. Tame si non potest mihi in mentē uenire,  
 uos in id negligentiae atq; incuriae peruenturas, ut  
 hæc iuri omni contraria sinatis inulta esse. Et profe-  
 stò si etiam à uobis disceptatio huiusmodi despiceretur,  
 mihi tamen ob id minime cessandum putarem,  
 que adeò grauia hactenus perpetua sum. Atq; utinā  
 sic quoq; aliarum definat audacia, que ad iniurias  
 iam nunc se accingunt, nec Lambda aduersus Rho-  
 ποδὶ Χιαστήρως, id est, de pumice, καὶ τεφα-  
 λαξίας, id est, de capitib; dolore, contendere, nec  
 contra Cappa Gamma decertaret, & paulò minus

manus consererent, persæpe uelitætes q̄' τῷ γνα-  
φέιω, id est, in fullonia, ὑπὲρ γναφάλλων, id est,  
pro tomentis: finem etiā faceret controuerfiæ cōtra  
Lambda, dum nūtitur illi μόγις, id est, uix, auferre;  
idq; omni conatu in rem suam uertere. Utinā ex re-  
lique ab hac intemperie desinerent, nec rebus no-  
nis ex quotidianis depeculationibus fluderet: satius  
enim cuiq; intra pelliculam ac fortunā suam se con-  
tinere. In ea uero prouehi que non licent, transilien-  
tis est iura ex metas, quas primus olim nobis impo-  
suit, siue ille Cadmus insularis, seu Palamedes Nau-  
plij: licet non desint qui Simonidi hoc prouidentiae  
tribuant. II uero non ordines solū et subsellia quibus  
existimatio cuiusq; decernitur, distinxere, quidam  
primum, quid postremum, uerum ex habitudines,  
quibus pollemus, et uim suam omnibus præscripsi-  
re, ex uos quidem, ô Iudices, maiori autoritate illu-  
strarunt. Nullius enim indigæ, uocem facitis. Post  
uos autem semiuocales honestarunt, que haud sane  
multa ope subnixæ exaudiuntur. Postrema uero con-  
ditione alias quasdam condemnarūt, quibus ne vox  
quidem adeat. Et mehercule sponte sua uocales im-  
positas olim leges obseruant. Verum hæc τῷ (ne  
queo enim eam deteriori nuncupatione appellare)  
misericordiæ collegio due aliqui insignes conues-  
sissent,

issent, Alpha atq; Hypilon, ne audiri quidem omni  
 no potuisset. Hæc, inquam, me longe p̄cetere  
 is ausa est offendere. Tentarunt enim ex aliæ mis  
 i nomina ac uerba patria interuertere, ex à con  
 junctionibus præpositionibusq; detrudere. Proinde  
 it ut diutius tantum iniuriarum ferre nequeam, ex  
 am me tempus admonet ut à quibusdam exordiar.  
 Obuersaber aliquid in Cybelo: id uero est oppidū  
 non insuauic, colonia(ut fertur) Atheniensium. Erat  
 in eadem tribu ex Rhodanicarum optima ac mode  
 stissima: hospitabar ex apud Comœdiarum poë  
 am quendam, ei nomine Lysimachus, Bœotes quidem  
 ut videbatur) genere, sed qui ob dicendi elegan  
 iam ex media Attica dici posset. Apud hunc hospiti  
 em primum arrogantiam ex perniciaciam huius  
 roxi deprehendi, que ad id temporis non sanè mul  
 ta subtraxerat, τε τίκροντα, id est, quadraginta  
 a uasa dicere, ex me à cognatis depellere: sufficere  
 bar enim eam coſiliarum literarū consuetudinem.  
 ubi autē τίκροντα, id est, hodie, et id genus alia sub  
 ducre intellexi, sibiq; priuatim arrogare, licet per  
 quā graue id foret auditu, non usquadeo tamē ani  
 mo indignabar. Sed posteaquam ad id proiecta est  
 impudētie ut κέπιτόδον appellare, id est, stannū,  
 ex κέπινος, id est, ueteramentariā plagulam, ex

mi<sup>η</sup>σαν, id est, picem, et postremo βασίλειαν,  
 id est, reginam, non erubuit se uocitare, non medio  
 cri affecta sum indignatione, et quodāmodo in iram  
 exarsi, uerita ne procedente tempore εγ<sup>ο</sup> οὐκε, id  
 est, siccus, incipiat τύχε nuncupari. Et mihi per  
 Iouem exanimatae atq; omni auxilio destitutae, iure  
 præsertim succensenti, ignoscite obsecro : nec enim  
 in re tenui ac mediocri periculū imminet, mihi in-  
 quam à familiaribus et cōiunctissimis literis eiecte:  
 κίσσαν meam, id est, picam auiculam cōmode gar-  
 rulam, è medijs, ut sic dicā, ulnis, κίσσαν euocavit.  
 Subduxit etiam mihi φάλοσαν, id est, palumbum,  
 pariter cum νιόσας, id est, anatibus, εγ<sup>ο</sup> κόσαν-  
 φοις, id est, merulis, quamvis plurimū reclamante  
 Aristarcho. Intercepit quoq; μελισῶρ, id est, apū  
 non paucas. In Atticam etiā usq; penetrauit, et mihi  
 ex eius medio præter omne ius ὑμητῶν, id est, hy-  
 mettū, uobis omnibus ac syllabis inspectantib. ade-  
 mit. Sed quid hæc pluribus? nōnne ex omni θεοσœ-  
 λίας, id est, Thessalia me eiecit, maluitq; θεοσœ-  
 λίαν appellare? Quinimò mihi omnem θεοσαν,  
 id est, mare interdixit. Ne in hortis quidem σύντ-  
 λίωρ, id est, betis, pepercit. Imò uero ne πάσας  
 λεπidum affere potestis mee comitatis

atq;

tq; humanitatis testimonium, quæ aduersus Zeta  
unquam dicam conscripsi, et si ea smaragdum mis-  
si suppilauerit, totamq; smyrnā occupauerit. Nec  
inquam Xi literæ negotium feci, omnem inscen-  
denti ξωθηκε, id est, pactionem, quamvis auxi-  
liarem assertoremq; Thucydidem habeat. Nam uia-  
cinæ meæ Rho ægrotanti ignoscendum puto, quæ  
penes me ipsam myrtos inserviuit, et mihi interdum  
atra bile percita ὡνή νόρης, id est, in gena plagam  
incusit. Et ipsa quidem hoc ingeniosum. Nunc ror-  
sus uideamus, quām hæc Τοῦ suapte natura uiol-  
lenta, atq; in cæteras contumeliosa est. Neq; enim  
ab alijs literis abstinuit, uerum et Delta et Theta  
et Zeta, et omnia propè laceſſiuit elementa. Age  
igitur et literas omnes quæ iniuriam accepere huic  
ſiftas. Accipitis uocales Iudices, quid Delta conque-  
ratur: mihi quidem endeletchia abstulit, honestius re-  
ta quod præter omnem rationem fuit, entelechiam  
dici. Auditis et Theta eiulantem, et crines capitis  
laniantem, quod τὸ κολοκύθης, id est, cucurbita,  
defraudetur. et Zeta συειχθ, id est, sibilare, et  
Σαλπίχθ, id est, clangere, perinde ac nunquā eili-  
ceat γενέσιμ, id est, conqueri. Quis rogo posset  
in ijs sibi diutius temperare: uel quæ tandem iudicio  
peracto in flagitosimā τοῦ poena sufficiet. Atq;

non modo municipale collegium literarum offendit, uerum & in genus humanū hoc pacto iniuriam facere commenta est: nec enim finit eos facile & recte lingua explicare. Plurimum autem, ô Iudices, (nam me obiter res hominum γλωσσης, id est, lingue memorem fecerant) hac etiam parte me extirpauit, et glottā glossam reddidit. O τοῦ uera glosse, id est, linguae pernicies. At nūc rursus ad eum locum accedo ubi mortalibus patrocinabar, quos illa multis iniurijs affecit. Nam quibusdam vinculis nescire & soluere ipsorum uoces tentauit, & si quis pulchrum quid conspicatus, καλὸν dicere nitatur, hæc se se obijciens τοιοῦ dici cogit, ubiq; sibi prius partes uendicans. Rursus alter ποδὶ κλίματο, id est, de iinea differebat, hæc uero prorsus τλῆμα, id est, misera, τλῆμα fecit esse quod erat τλῆμα. Nec solū obuios ac de populo quosq; ledit, uerum & magno regi cui terrā & mare cessisse dicunt, quiaq; eorum naturam immutauit, infidias molitur, & cum ei Cyrus nomen inditū sit, in Tyrus quendam, ferion animal, transformare nititur. Et sic quidem quod ad uoces attinet homines offendit. Re autem cur dolent & fortune uices querantur, & persepe Cadmum excrecentur quod in elementorum feminario τοῦ locauerit, iam cloquar. Tyrrannos

ranno enim ferunt ab hac exemplar petentes, imita  
tantesq; huius artificium, tum uero eadem imagin  
ne ligna componētes, miseris mortales his affigere  
consueisse. Ex hac itaq; ex nefario artificio, nefas  
riam nuncupationem profectam constat. Horū igit  
tur omnium causa quot cædibus rati dignam exis  
tumatis? Ego profectò ita censco, hanc unam rationē  
eo supplicio plecti debere, cuius exemplum eius for  
ma dedit, ex hoc quidem quod scimus, id  
est, crux, ab illa effigiem, à more  
talibus autem appellatio  
nem accepit.

SOC OELII CAL  
CAGNINI APOLOGIA  
festiuissima pro Tœv contra Σι-  
γμα, Lucianicæ accusatio-  
ni respondens.

MAGISTRO Atheniensium Aristarcho  
Phalereo Pyanepsonis adhuc stantis septem  
ma, id est, circiter Nonas Octobres, Tœv respondit  
accusationi Sigma literæ, eiusq; argumenta diluit,  
et in eam periculū omne accusationis retorsit, septem  
uocalibus iudicio præsidentibus ad clepsydram.



AMETSI in iudiciū insontem  
innocentemq; uocari, Iudices, om-  
nino graue acerbūq; sit, potest ta-  
men id aliquo modo ferri: nec c=   
num res caret exēplo. Nam et hoc  
tempore, & patrum nostrorum memoria, hoc sæpe  
euenisse accepimus, ut egregie probi, inuidos habe-  
rent, ac suæ probitatis persecutores. Sed illud omnē  
contumeliam, omnemq; patientiam longe uincit: nec  
satis video cuius constantia perforri posbit, ut qui in-  
iuriam attulit, nulla præsentim in re unquam las-  
cefitus, ille alteri negotium faciat, et quod ipse dis-  
scrūmen

crimen subire debuit, alteri intentet atq; præoccu-  
pet. Graue omnino atq; intolerabile audacie ge-  
ius, pessimi ciuiusq; improbitate atq; calūnia inson-  
ces allidi, & quod ipse flagitium admiseris, ei qui in  
curiam acceperit, impudenter irrogare. Inter insa-  
gnia improbitatis exempla quendam olim apud ma-  
iores nostros fuisse audiuiimus hominem longe auda-  
ctissimum, qui quom uirum sanctissimum atq; orna-  
tissimum suæ ciuitatis uulnere affecisset, illi proti-  
nus diem dixit, postquam comperit eum posse uiue-  
re. Quom uero ab eo quereretur, quid tandem ac-  
cusaturus esset in eo, quem pro dignitate ne laudare  
quidem quisquam satis commode posset: aiunt homi-  
nem, ut erat furiosus & impudēs, respondisse, quod  
non totum telū corpore recepisset. Propè idem mi-  
hi video in hoc iudicio euenisse, cui nullū preterea  
crimē irrogari video, nisi quod auitis fortunis et ma-  
xima meorum bonorū parte spoliata, reliquū quic-  
quam tuerar, ac non de uita ac spiritu hoc, qui mihi  
exiguus supereft, prorsus cedam, neq; planè totum  
iugulum hosti execandum porrigam. Quod nisi mi-  
hi uestra, iudices, prudentia et rerum maximarū ex-  
perientia solatiū fiduciamq; afferret, potui omni-  
no tāta audacia consternari, subuereriq; ne astu ad-  
uersarij, sapientissimi ciuiusq; iudicium præstringe-

retur, nostraq; illius improbitate innocentia oppri-  
meretur. Sed Dis gratiam magnam habeo, qui eos  
mibi iudices disceptatoresq; statuere, qui neq; gra-  
tia auocari, neq; simulatione decipi, neq; cuiusquam  
fraude praeuerti possint, sed meos plane et aduer-  
sarij mores cognitos habent atq; perspectos, et utri-  
plus fidei adhiberi oporteat, possint per facile iudica-  
re. Sed quoniam posset fortasse alicui uestrum miru-  
sideri, unde tanta haec insolentia proficiscatur, ut mo-  
re prepostero depeculator eum accuset cuius bona  
diripuit, et grassator ei diem dixerit quem spolia-  
uit, si mibi faciles benignaq; aures praefitteritis, da-  
bo operam ut omnis ex animo admiratio excutia-  
tur, remq; ita oculis exponam, ut iam nulla pos-  
sit latebra in huius importunissime Sigma consilijs  
delitescere. Rem itaq; sic habetote.

Magnam uim habere in animo cuiusq; consciencie  
aculeos, eosq; plurimum uexare qui se multò no-  
centiores intelligunt, quam ut eorum diu tegi aut dissi-  
mulari possint flagitia. Haec sunt scilicet faces illæ,  
ignes illi, quos poëta finxerunt furias in animis ma-  
lorum excitare: ij die noctuq; Sigma uexant, neq;  
sinunt quiescere, uersantem animo, quo astu tot fur-  
ia, tot peculatus recondat, quomodo tantum iniuria-  
rum ex nostris animis auellat, memoriāq; adeò ex-  
ulcerat

ceratā ad alias cogitationes traducat. Certos ha-  
co autores qui se pro explorato habere retulerunt,  
cum res nouas apparasse, & si quo modo posset rei  
ub. tranquillitatē subuertere, tentasse. Sed tentans  
omnia prouidentia uestra occlusa, praeedita, ob-  
ructaq; se obtulerunt, omnes aditus intercepti oca-  
sorunt. Huc igitur summam consiliorum ueritatis  
uando illa non procedebat uia, ut praeoccuparet is  
sa iudicium quod sibi imminere conscientia sua in-  
telligebat, machinaq; omnes instrueret si qua forte  
posset ratiōne ueritati fucum facere, & uobis ora-  
sublinere, & que à me uel per furtum abduxit, uel  
recariō abstulit, ea sui iuris suiq; mācipij facere, et  
domestico rationario adscribere conaretur: quod se  
commodissime facturam sperauit, si communicata  
cum quibusdam popularibus sui sceleris coniuratio-  
ne, magno ambitu, sed longe maiore astu prior ipsa  
me nihil tale aut merentem aut sperantem aggredie-  
retur, tragediasq; illas, quas modo audistis, excita-  
ret: quod tam insidiose, tam dis̄simulāter facit, ut as-  
pud ignotos iudices, quiq; illius sc̄enae apparatus  
minus prospicerent, nonnullā fuerit fortasse fidē ac-  
cūsatio habitura. Est enim ita natura comparatū, ut  
z̄js nescio quo pacto propensius faueamus qui prio-  
res expostulant, & iniurias quamvis fictas & com-

mentitias priore loco deplorant, eorumque preces earum  
ipsam ob causam aliquanto plus existimationis au-  
cipentur: quas tamen ob id ipsum multo uehementer  
tius detestari atque ulcisci deinde oporteat, quomodo eo  
rum machinas simulationesque temporum & ueritas ipsa  
temporis filia retexerit, et iam planè ratio impro-  
bitati personam detraxerit, id quod in praesenti ca-  
sa facile euenturū confido, si omnia in exactā dispu-  
tationem reuocauerimus, quae modo nobis per sum-  
mam impudentiam obiecta sunt. Et quoniā (si Di-  
placet) etiā de nomine ac fortunis in discrimen uen-  
imus, dispicite obsecro Iudices, quantum iure sibi su-  
a conditione Sigma placere possit: et hæc licet plane  
intelligam ad ueram gloriam, quæ sola uirtute nititur,  
minime pertinere, inuitam tamen me ac trans-  
uersam huc rapit impurissimæ literæ audacia atque in-  
solentia, quæ ab ipsa usque Vesta, id est, à parente li-  
teraturæ, seu Cadmus ille Phœnix, seu Palamedes  
Nauplius, seu Simonides Syracusanus fuerit, peri-  
uadere ausa est, et sui furoris tela in eum uibrare;  
ut pote quem non puduit insimulare, quasi parum  
recole classes et subsellia literarum digesserit, cuius  
ingenium omnis ordo, omnis ætas semper admiratus  
est, ut hac una in re tantum forte accusari mereatur,  
quod huic flagitiosæ atque ingratissimæ literæ nimis  
indulserit,

dulferit, quam longe abdicari alegariq; à sacro  
ollgio oportebat. Quis est enim qui anguum illū  
bilum audiens non exhorreat? Certe Athenienses  
iræcorū omniū sapientissimi, ita eam auersantur,  
t in eius locum plerunq; ē adsciscant. Quod enim  
eu crimen Thucydidi autori omniū grauiſſimo uo  
at imputare, ea maxima est Atticorum elegancia,  
ui non modo eam ἐκ τῷ αὐτῷ τῷ ἔωθικυ, id est,  
x omni födere eiecerūt, sed ex omnibus plane locis  
c regionibus quibus ἐών p̄repositio p̄fecta est,  
publica quasi clarigatione proposita exulare uolue  
unt. Omne itaq; ἐών ταχυμε, id est, ordinē amisit,  
g quā modo parauerat ἐωωμοσία, id est, cōiura  
io, excussa est ē manibus. Totius deniq; ἐωτηρί<sup>τηρί</sup>  
rews, id est, eius partis cōscienciae que aequū ab ini  
quo dijudicat, uolens iacturā fecit. ἐύμελα etiam  
omnia, tam que ad sodalitates, quam que ad rem  
militarē pertinent, amisit. Idem etiam Attici qua  
to eam persequerentur odio, abundè declararunt,  
quom ex omnibus futuris que à uerbis in ιώ profi  
ciscuntur, auulserint: alegantes enim inuisam illā,  
futurū circūflectunt, malūtq; οὐειδιώ, παντελή, με  
κτηριώ, enunciare, quam quod solent cæteri ὀνει  
δισώ, παντίσω, μεκτηρίσω. Fecerūt idem Do  
res, gens una omniū natu ad p̄claras actiones: in

etiam enim odium tertias personas numeri multitudo  
 nis et secundi ordinis τὸν θεατῶν πολὺν ita auer-  
 santur, ut pro Βοῶσι, τελῶσι, pertinaciter φοῦν  
 Ζ, τελοθνή incātur, itē σπιθῆν pro σπιθῆν sub-  
 situant. Sed quid ego Atticos et Doros cōmemoro?  
 ceu uero Iones eam ex omni regione in qua se ges-  
 minatam ostendit, non excludant, eiusq; uices? Lite-  
 rae tribuant. Quid uero Aeoles? an non ex genitiis  
 in ὅς, εἰς uocatiis in εἰς, eam eiccerunt, et Σωκρά-  
 τος, Διομήδης, Σοφοκλές, εἰς Σώκρατη, εἰς  
 Δημόδην, illa longe explosa, uoces multo suauio-  
 res exosculantur? Lubēs uero adeò in hunc oratio-  
 nis excursionem diuerti. Nam iuuat obiter λέξι, cæ-  
 terisq; sodalibus, quas mecum indigne insimulatas  
 accepistis, patrocinari, et earum quidem haud sa-  
 nè difficilis defensio. Quid enim obsecro iniuria est,  
 si quando λάχεισθαι τὴν κιονεῖσθαι, id est, pumia-  
 cem, rem tantillam ad exterendos expoliendosq; li-  
 bros, et id quidem perquam raro mutetur? Nam  
 quod πολὺ τὴν πεφαλαλγίας, id est, de capitis do-  
 lore cōtendi dixit, trahēibus utringq; cāq; ad sciscen-  
 tibus sibi partibus, hoc ne uerisimile quidē uideri po-  
 test. Vendicamus enim nobis ea tantū que aliquādo  
 speramus profutura: at nocitura, natura duce longe  
 auersanur. Sed ne diuinus habeat expostulandi cas-  
 sum,

am, per me habeat licet et cephalalgiam, et alia  
mnia capitis incommoda. Quod autem ad γνα-  
ρεῖον, id est, fulloniā pertinet, et ὑπὲρ γναφόλ-  
ων, id est, pro tomentis, haud sanè multa opus est  
contentione, quando inter se Gamma et Cappa. li-  
terenter accommodant, nec alteram alteri granificari  
vaget, crebroq; eidem fulloni uolētes dant operā, in  
ipfdemq; tomentis unanimes cubant, multū scilicet  
in moribus huius Sigma dissidentes, quæ tantum ab-  
st. ut cuiq; uelit accōmodare, ut ad aliena potius oc-  
cupanda omnē semper animū intenderit, serendisq;  
antū inimiciijs ac simultatibus uacet: et dum hu-  
us aut illius partes tueri simulat, in animos omniū  
odia uenenaq; instillat. Quare, Iudices, si quieti ac  
tranquillitati publicæ studetis, si communē pacem  
imatis, hanc longe à confortio uestro ablegate, et  
tanq; malum gramen ad internacionē frugū nationum  
execate. Sæpe enim, sæpe è neglecto ulcere intracta  
bilem cancerenam uidimus inuaduisse. Audistis ipse  
modo, nec ad huius rei probationē testimonio ege-  
mus alieno, q; impudenter ordini modo insultarit, q;  
insolenter fortunis illuserit, qui am grauiter existimaa-  
tionē labefactarit. Non alia sanè causa persæpe ac-  
cepimus populū à senatu, ciues à patribus desciuise-  
re, nisi quod popularem statū pessimo cuiq; impunis-

licuerit per iniuriā attrectare. Quom itaq; omne  
ordinem nostrum honestissimum profectō ac uol  
semper obsequentiissimum, impurissime, quasi aliū  
agens, perstrinxisset, tanquam apis relicto acule  
mox recta in me spicula obuertit, omnemq; impre  
sionem fecit, et fōdissimis nuncupationibus sugil  
uit, atq; illud primum criminī dedit, quod due opt  
mates amplissimi ordinis præsidio mihi adsint, sa  
tisq; meae ac dignitatis curam gerant, quod tar  
cum abest ut ego dissimulem, ut nihil soleam amb  
tiosius prædicare. Semper enim egregium atq; n  
gificū duxi principibus uiris placuisse, eoruq; au  
toritate et gratia sustineri, quas et innocentie me  
testes aduoco, et pro mea existimatione hodie ex  
cubare plurimum letor, præsertim quom inter ue  
Iudices dignitate plurimum pollicant. Est enim ali  
ra uestri ordinis princeps, al' era uero augusta Pj  
thagoreorum religione consecrata, que iisdem co  
mitijs inaugurate, me citra externum ullum præ  
diū tueri, quod profectō non potest non plen  
summe laudis uideri. Quanto enim quodq; purita  
simplicitatiq; uicinius est, paucioribusq; ad suam i  
columitatē præsidij indiget, eo soleat præclaris  
absolutiusq; existimari: ex eo summus Imperato  
qui mari terrāq; dominatur, se aublupatopac insc

it: nec alia causa Phidias, siue ille Agoracritus, in suis Olympici pollice αὐτάρχης pro titulo impedit. At haec literarū impurissima Sigma, uix tamē mulieris fulcris multisq; adiumentis sustineri posse est, quod est eius uel maximum infirmitatis argumentum Nam quom geminæ ē uobis ad eam fulcieram accessissent, Iota scilicet atq; Alpha, haec tandem rebus suis diffidens, duas etiam ē consonatibus subsidio inuocauit, ex ametabolis alteram, alteram ē nostro collegio, cui tamē pro beneficio eam nuper gratiam retulit, ut uniuersum collegium de se bene meritum infamaret, et illi suo præiudicio uernacula et domini natam uocem μόγις, id est, uix, intercesseret, eiusq; γναφεῖον, id est, fulloniam officinam, alteri adiudicaret: eam deniq; ἐκ γναφαλλῶν, id est, ē tomētis scilicet malæisq; exturbaret, quo neq; iniquius neq; ingratius quicquam fieri uel excogitari potuit, benevolentem ac familiarem prodere, et in eam quæ te summis officijs promeruerit, summa maleficia comminisci. Sed quispiam fortasse dixerit eam hac parte insolentem atq; incommodā, ceteris in rebus sodalibus utilem esse atq; beneficam, sicut et nos (si uera dici oportet) sex literis suppetias imus, nulloq; loco illis desumus, quod à me citra arrogantium dictū uelim: quæ quoniā etiam libenter

beneficium testantur, & nobis adsunt in hoc pericu-  
lo, age hic nobis et liberalitatis et munificētiae meae  
testes accedant.

Audistis Iudices duas è uestro numero, ñ̄tæ &  
iñ̄tæ, audistis et quatuor consonantes, ßñ̄tæ, ð'el-  
ræ, ãñ̄tæ, ßñ̄tæ, gratissimo animo prædicates, me  
sibi non modo necessitudine, sed perpetuo etiam con-  
tubernio coniunctam esse, neq; sibi ullo unquam lo-  
eo, ullo in periculo defuisse. At cōtrà si qua est qua  
buic pernicioſissimæ Sigma uel tantillum commodi  
acceptum ferat, iam prodeat obſcro, iam beneficium  
profiteatur. Inclama præco, inclama rursus. En uo-  
bis Iudices nullam prorsus è tanta frequentia prodi-  
re, nullam quicquam profiteri. At uidetis duas illas  
in postrema concione, uidetis Iudices duas illas ad  
dextram alteram, alterā ad finistram, quæ ſeſe poſt  
turbam abdunt, quæ pallio caput operiunt, quæ lon-  
ge cupiunt delitescere. Haec duæ ſunt quas fortunæ  
ſue pudet, quodq; cum hac nefaria cognitione nō  
nullam habeant indignac ferunt. Macle animo eſto-  
re fī atq; lī, nihil eſt enim quod uos pudeat, nihil  
eſt quod reformidetis. Cognitionem enim cum fla-  
gilioſo habere, fortunæ eſt, nō iudicij. Nā illud tan-  
tum uobis uitio uerti poſſet, ſi mores, ſi flagitia, ſi im-  
probitates eius in exemplū traheretis. Sin ad mode-

ſtam

iam ac uirtutē uestro more industriā ac diligentia  
 onferatis, si, ut grauiſimè dicā, quantū huic cogni-  
 ſione heretis, tantū moribus diſidetis, ex huius pro-  
 batio ignominia, uestra laus cōparatione longe ex-  
 rēſcit. Sed, Di boni, quid hoc mōſtri? quis luxor in-  
 nedīū procedit? Agnosco, agnosco inquon, hæc eſt  
 optima, optima illa, ſed miserabilis contubernalis  
 nea Zeta, quæ quom nescio quid æris cū hac ſeuſ-  
 im a Sigma cōtraxiſſet, neq; par ſoluendo foret, ab  
 hac in nexū coniecta, hunc ſqualore, hāc maciem,  
 hunc luxorē cōtraxit. Videtis ipſæ oculis ueſtris, au-  
 litisq; contracto rictu, exertis dentibus ſtridentē,  
 & quaſi ſardoniuſ ſtridentē, ut iam uulgò nomē prifti-  
 num amiferit, et mortuorū uocetur elementū. Fortu-  
 nam autem ſuā deplorat, fidēq; ueſtrā Iudices implo-  
 rat, ut aliquod tandem acceptae iniuriae ſolatiū aduer-  
 ſus hanc impurā atq; impiā, aliquā ſuę calamitatis  
 uultionem inueniat; ſe olim opulentā fuſſe prædicat,  
 ſed omnia ſibi per ſcelus abrepta, auulſa, aſportata,  
 et nūc paucas admodū ſarcinulas & quaſi uiliſima  
 tantū ſcruta ſuperereſſe. Smaragdos enim omnes ſup-  
 pilatos, quos à barbaris aduectos olim innumeros  
 poſſidebat: & ſe quoq; Smyrna, quæ ſibi auito iure  
 debebatur, eieclā miserabiliter cōqueritur. Quin et  
 Smyrnā, id eſt, myrrhā omnē quam ex Arabia ad ſe-

mercatores conuehebant, interceptā ingemiscit, reā  
 clamantibus adhuc se plasirarijs, qui eius nota, et quia  
 dem geminata, non desinunt ad hunc diem empore  
 ticos sacculos ob-signare: nihil deniq; iam domi su-  
 peresse unde xvi<sup>o</sup> æ, id est, nidor, sentiat. Et nunc  
 etiam Zacynthum oppugnari, parumq; deesse quin  
 è paterna insula prorsus fuerit exacta: quod nisi pro-  
 uidentia uestra mature occurratur, de se actū prora-  
 sus exclamat: quare et huius horroris sui potissi-  
 mam causam Sigma fuisse, seq; plurimū uitij ac bār-  
 baric ab eius consuetudine contraxisse attestatur.  
 Horrendum enim et ipsa quiddam fibilat, quale te-  
 terrima et exibilanda prorsus hæc Sigma fibilare  
 solet. Et sane ad cuiusnam fidem præter uestrā per-  
 fugiat, non habet, quando etiā hæc deos atq; ipsum  
 in primis Iouem certis quibusdā precationibus auo-  
 care ausa est. Delta enim in auxiliū adscito, fauen-  
 tibus Aeolum nonnullis, slovēs pro ſēv̄s ſacris li-  
 bris conata eſt inscribere, ſicut antea et ζυγὸν in  
 slovγὸν tentauit immutare, omnibus rei rusticæ  
 scriptoribus eius audaciam improbantibus. Nec id  
 mirum, quom non defint qui tam manifesto farto  
 fauēant, eiusq; hospites non iam ἐγίνονται, ſed κο-  
 νονται eſſe patientur. Quo ex ſuccesſu in eum furo-  
 rem atq; audaciā peruaſit, ut et τελοντ̄ et ἀρπα-  
 nouam

nouā nuncupationē inuenient, & duplicita eis  
 sita, duabus in fine notis conscribātur. Quod si hæc  
 impune fieri licebit, profectò, quod omen Di pro-  
 cul auertat, uereor ne breui tēpore respub. literaria  
 magnam iacturam accipiat, clarissimosq; proceres  
 amittat, et demū defensoribus exhausta, iniuriæ pes-  
 simi cuiusq; obnoxia relinquatur. Habetis igitur Iu-  
 dices quid de moribus et consuetudine huius Sigma  
 iudicetis, quam plurimi detestantur, laudat nemo.  
 Sed antequam ab hac parte discedamus, quoniā me  
 quasi proletariam in ære dirutas et infrequentes re-  
 iecit, operæ preciū puto ostendere me paternas opes  
 nulla fraude, nulla iniuria partas, summa fide, sum-  
 ma integritate, quātū in me fuit cōseruasse, longeq;  
 censu ac fortunis illi præpollere, quibus non ad cōtu-  
 meliā, sed ad liberalitatē atq; innocentia uti soleam.  
 Age igitur et censorias tabulas profer. En uobis Iude-  
 ces, prædijs, latifundijs, pecore in rationē redacto,  
 Sigma in censu habet ducenta talenta: cōputato ue-  
 ro familie peculio, summa ad quatuor & quinque  
 ginta supra ducenta deducitur. Agedū & censu  
 nostrum pronūcia. Prædijs, latifundijs, pecore in ra-  
 tionem redacto, totū in censu trecenta talenta ha-  
 bet: computato uero familie peculio, summa ad unū  
 & septingenta deducitur. Agnoscitis igitur Iudices,

(quod sine inuidia dictū uelim) me ac familiam meā  
longe potiorē, opulentiorē, honestioremq; esse, quā  
tamen indigne atq; inclementer adeò Sigma debon  
nestare contēdit, primas sibi partes ubiq; uendicās.  
Nostis enim & ipse omnes que in Repub. literaria  
degitis, quām bæc supra ceteras spiritus collat, spis  
retq; nescio quo pacto altius. Videtis enim eam ue  
strum nemini cedere, nisi ea cōditione crebrius præ  
scratur. Multas etiam ex equestri ordine uidetis an  
nuentes in hoc coetu, et que nos dicimus, multū, ocul  
lis, digito approbantes, quod se scilicet bæc Sigma  
semper præcurrat, semper se oggerat, è primo au  
tem subfello cedere nunquam uelit. Certe mibi, à  
me licet multis beneficijs ornata, nunquā, uel in sum  
mis angustijs, uoluit accommodare: quod ego tan  
men hactenus ex consueta quadam & genuina ani  
mi mei bonitate non sanè mulium abhorui, in poste  
rum fortasse, quoniam iam satis & super ingratum  
eius animum perspexi, alios mores probatura. Pla  
nè enim intelligo, quicquid ingrato accōmodes aut  
gratificeris, funditus deperire. Ob huiusmodi itaq;  
pertinaciam atq; ambitionē, iam vulgo infamis est,  
tamq; alij ἀστυμον, id est, ignobilem, alij μοναχο  
ς ὁ uocat, id est, solitariam, atq; ob superbiam alia  
nam consuetudinem detrectantem. Scitis enim comi  
tem

tem solitudinis esse superbiam. Quis nescit, vel au-  
tore Clearcho, eam Pindaro, cui facile omnes inter  
Lyricos primas deferunt, ita inuisam fuisse, ut Odam  
integralm ἀστιγμον scripscrit? à qua non aliter de-  
testabilis hæc arcebatur, quam profani solcant ab-  
aris et focis, quibus illud sepe inclamari solet, ε-  
λαῖς ἐκάσ ὄσις αλιζός. Fecit et Lasus Hermonien-  
sis Odam quoq; Centauros inscriptā, fecit et hym-  
num in Cereris laudem, uoluitq; utrinq; Sigma per-  
petuò exulem extorremiq; esse. Eius hymni princi-  
pium uobis testimonio esse potest, id ab Heraclide  
Pontico traditum est posteris, οὐκέπει μέλπω,  
κόραυτε κλυουλίοιο ἀλεχον. Quin et uete-  
res illi nostræ existimationis autores, eius ingenium  
pertasi, ac mores iam tum metientes, non modo  
eam auersabantur, sed occurrentem etiam exhibi-  
labant, explodebantq; à reliquarum consortio, alijs  
sibilum, alijs flatilem probroso nomine appellan-  
tes. Proinde si qui sunt qui mihi plusculum faue-  
ant, et illa reiecta me ad se alliciant, potest ipsa  
secum expostulare, mecum nequaquam potest.  
Hinc igitur illæ lachrymæ, hinc illæ deploratio-  
nes, iudices, proficiscuntur. Hoc est quod Lysimachum  
Bœotem, quem honoris causa nomino, furtim  
atque obliquè perstrinxerit, quod mihi in eius hospitio

100 A PROLOGIA COELTI  
cio dicensanti blandius arriserit, hanc uero, uti res  
fractariam morosamq; decebat, semper contempse  
rit. Et hec licet ratio sine controuersia apud aequiso  
sum quenq; iudicem sit mulium ponderis habitus  
ra, tamen ne quisquā existimet mea me alieno ma  
gis iudicio quā iure defendere, et hoc quasi per  
fugio uti solere, congregiamur obsecro cominus,  
eaq; diligenter pensitemus, et tanquam ad aequilia  
brium redigamus. Quae mihi olim iure hereditas  
relicta, hec audet inuidere, et fibi uendicare  
non ueretur. Ne autem uobis iudices orationis ma  
gnitudo fastidū pariat, ne uenissima quæq; et qua  
si retrimenta omnia accusationis persequi sit neces  
se, fastigia tantū rerum persequemur. Et in primis il  
lud in uniuersum à me dictū uelim, et κέρδις τερού,  
id est stannū, et κέρδυμα, id est plagiū ueteramen  
tariam, et πίσσαν, id est, picem, et παχόλευς,  
id est, paxillos, et τόντηλα, id est, betas, atq; id ge  
nus sordida, assertore etiā Theophrasto, partim in  
latifundijs meis nata, partim à me meo ære cōpara  
ta, aut certe gratis ab alijs fuisse accepta, quorū usus  
ram quoniā Sigmæ literæ omnium ingratissimæ ali  
quo tempore permisi, illa audacia et temeritate sua  
uiens, non modo clanculū occupare, sed palam etiā  
iudiciorum iudicio persequi non erubescit, ex meis  
spolijs

ſpolijs existimationē ſibi querens & gloriā. Et pri-  
mum quidē intercepta ſibi τετραγωνον, id eft,  
quadraginta, cōqueritur, longeq; in me aperiore ca-  
lumniam exornat, quām que diu pofit diſimulari.  
Eam enim mihi domi natam, domi adultam, testis  
fuerit foemina grauiſima eorū mater τεφαλετūs,  
que licet in Pythagoreorum ſacello religioſiſime  
colatur, ſoleantq; illi μὰ τὸ τεφαλετū, ſanctifi-  
me dcierare, non inuita tam n, ipſa etiam εχε-  
θίæ hoc permittente, ad hoc iudicium descendit, in  
quo & ueritatem tueatur, & me de ſe optime meri-  
tam non ſinat opprими per calumniam. Eius uos in-  
terea testimonium accipite.

Accepistis puto quo loco, qua ratione, quo tēpo  
re ea ſibi apud me liberos peperit, quos planè mihi  
ueras domi meā natos testata eft. Sed quoniā pu-  
blica mortalium conſuetudo ſolet apud plerosq; ma-  
ioris testimonij fidem habere, quis etiam non nouit  
illam ſympoſio familiarem caniueniam? Εἰ τε  
πίστε, οὐδὲ τριακόνινον μὴ τετραγωνον, in qua nemi-  
nem hacenius audiftis qui τέσσαρα, uocem illepi-  
dam atq; inſauē, pronunciaret. Sed oī poriune mi-  
hi ſympoſium me nro huius perditifimae furū in men-  
tem reuocauit, que ſe clanculū in triclinium coni-  
ciens, collabum encum ad ludicram conſutatricē

paratū, tentauit asportare, sed in manifesto furto ab atriente deprehensa, relictā præda in pedes se dedit et evasit. Nec uī tamē aut celeritate illa præuersti potuit, quin ταργυανίη, id est, sportulam in quā sci tamēta obsonator recōdebat, abstulerit. Secundo uero loco nō erubuit τίμιορον, id est, hodie, sibi arrogare, atq; in rem suā trāscribere. O perditā nefarie literæ audaciā, tú ne τίμιορον tibi uēdicare audes? tu' ne mea corā tam splēdido ordine tibi arrogare? nec te aspectus tam excellētis collegij à tam insigni mēdacio absterruit? quā rem ut clarius apertiusq; intelligatis, paulo altius mihi Iudices repetendā puto.

Articuli præpositiui, quos in oratiōis regno plurimum pollere cognoscitis, cum hypotacticis articulis diuturnam olim contentionem habuere. Erat eorum cōtrouersia, quibus titulis quibus' ue insignibus internosci deberet. Intercedente autē Crate grāmatico, demū ita fœdus iniuere, ut præpositiuerū qui dem ordinī ego perpetuò præses ac præfecta essem, recto uno dempto: hypotacticis uero d'acte persuō aspiraret: quam operam ego libenter ea cōditio ne suscepi, ut ipsi omnesq; eorū posteri mea semper nota honestarentur: itaq; solennes super ea re tabulae confectae sunt. Lege tabulas præco.

En uobis rem planè ut narrauī modo. Contigit uero

uero ut mox nū articulus cum nū p̄ce, id est, die, inter se iunctæ tñμop̄p procrearēt. Peto à uobis Iudæces, an ex pacto, an ex conditiōe interposita ego dignitate ac loco meo fraudāda sim. Quod si ualēt iara, si stipulatio, si cōtractus obseruari debent, profet. Etò nō sine maxima iniuria Sigma potest ad ea quæ mihi iure possessorio, iure passionis debētur; grassari: grassaniē uero atq; irrepentē nō condēnare, gravis & probrofa profecto foret Iudicū intēperantia:

Nunc ad aviarias accedo, quas in meo aviario natas & educatas, hæc omnibus machinis, calatis, retibus aucupari, et cū ipso puluisculo, ut aiunt, id est, cū ipsis rorūs, nidis scilicet cōuerrere atq; abducere conatur. Hæ uero sunt xītæ, id est, pœtae, phœtæ, id est, palumbes, vñtæ, id est, anates, nōrūs, id est, merulæ, quas ei uos olim iudicio uestro mihi adiudicasti. Potestis enim meminisse quāta olim inter cōsonātes lis oborta sit, quom sibi quælibet carū autij genus omne uēdicaret, et longe maiori questio uideretur, q̄ quæ Iudicum sentētia sedari posset. Vos publicæ quietis causa prudenter admodū constituastis, ut sicuti olim Persæ fecerāt, qui imperij sortē binnienti equo cōmiserūt, ita & nos augario, id est, aviū arbitrio totam rem crederemus. Itaq; omnes in publicū naturæ aviarium com-

uenimus, designatoq; tēplo consedimus, tum uaria  
 fuit cuiusq; pro uolucrum cantu occentuq; uictoria.  
 At κίσσαι, φέσσαι, νῆσσαι, κόσσυφοι, Κίσσαιοι,  
 τάσσωσι, τέσσιγοσι, τρυγόνοσι, nobis felicissime  
 addixere, et uos arbitrae auspicij addixisse iudica=  
 stis, eaq; omnia auspicia ad perpetuum rei memoria  
 Aristarchus, eiusq; affectator Aristophanes, et des-  
 sum Pollux eius discipulus, posteritati commenda-  
 runt, mansitq; inter nos ex eo tempore pax et con-  
 cordia, donec impurissima haec Sigma communem  
 omnium quietem perturbare coepit, in nostra atq; in  
 aliorum bona non minore insania quam impuden-  
 tia grassata. Quod uero ad Hymettum attinet, hoc  
 uobis facile fidem fecerit Iudices, florentissimum col-  
 lem mei aucti iuris esse, quod Hymettus heros hanc  
 mortalitatem exuens, amoenissimum illud diuersorium  
 ad aestuas uoluptates mihi legarit, addita ea cōditio-  
 ne, ut omnes qui uersarentur in eo, Hymetti uoca-  
 rentur, Hymeſius autem nemo admitteretur. Atq;  
 hinc uobis subinde constare potest, apes que in eo  
 pascuntur, delibantq; Hymettios flores, nostri iuris  
 esse. Nam licet illæ inter animalia fera et domestica  
 et ambiguæ incertæq; sint, atq; occupantis siant,  
 quamprimum tamen in κύτησοι, id est, cellam  
 et loculamentum coactæ sunt, publicæ esse desinunt,  
 et posse

et possessori adiudicantur. Quid uero dicā Iudices,  
 quod nō μελίσσεται, id est, apes ipsas abducere, uerū  
 κακά τηρέσσει, id est, aluearia ipsa, repugnāte etiā  
 Aristotele, conata est reuellere, in quibus magna uis  
 μελίσσεται, id est, cibus ipse τὸ μελίσσωμα asseruabas-  
 tur? neq; hanc execrandam Sigma tritum hominū  
 adagii exterruit, Peſſime apes fūto prouenire. Sed  
 ὅτε tota μολοθρία nititur me omni conatu detur  
 bare. De θετταλίᾳ autē, Iudices, breuiſſime dicame  
 uobis, eam quoq; mihi à Thettalo testamento legaa-  
 ram: uerū cum ob quedā facinora capitalia (ut po-  
 testis meminisse) Sigma effet exilio damnata, prece-  
 rio à me petiūt ut ei perfugium illud concederem,  
 quod ego humanitate mea magis ἢ aliquo eius mea-  
 rito facile indulsi. Nec sanè eius audaciā adhuc pla-  
 nè noueram: ita depopulata est fortunas omnium, εἰ  
 meas in primis opes, ut ad sarcendam iacturam re-  
 petundarū iudicio opus esse uideatur. Quid quod  
 delicata foemina τὸ θετταλίωμα, id est, maritimarū  
 etiam rerum studium sibi postulat? nec satis putas  
 terrestres regiones diripiuisse, nisi εἰ piratica auda-  
 cia maria etiam infestet, quom tamen ipsius impu-  
 dentiae thalassij magis quam thalattij labores con-  
 ueniāt. alioqui uulgò notum est, χόρσαῖς Θεοῖς, μά-  
 more θετταλίοις γρίῳ. Terrestris quom sis, ne  
 maritimus unquam sis. Illud uero quam odiosum,

quām insolens, quām tyrannidi proximum, quod se  
 Bæcīlū ἔταν, id est, reginā salutari uoluit, et iam  
 regnum exercet. Fretā enim Ionum quorundā prae-  
 fidio, optimos quoisque de populo, tū licet meq;  
 longe reclamantibus, τύραννα, id est, uerberat, mi-  
 nisq; in me testes tris modo adcegit, quos quom nu-  
 per quasi parū gratos arguerē, omnē mihi scenā ca-  
 lūnniæ retexerunt, sc̄q; timore cōpulsas, falsum ad-  
 uersus me testimoniuū dixisse profess̄e sunt. Quod si  
 à uobis impunitatē fecit, fidem impetrarēt,  
 sc̄ totius calūniæ scenā aperturas receperūt, id quod  
 uos indulgētia uestra facile cōcessistiſ. Et ecce quām  
 prompto, quām intrepido uultu accedūt ueritatem  
 asserturæ, que modo mendaciū adstruxerant. Acce-  
 pistiſ Iudices nec δέλτα in γνῶτε λεγόσια quicquā iu-  
 ris habere, nec sibi quicquā uendicare, nisi quantū  
 ego ob affinitatē indulsero, utpote quam Aristoteles  
 ἐκ τὸ γνῶτε λέος, id est, perfecto, καὶ ἔχει, id est, ha-  
 bere, progenitā primus sustulit, meaq; fidei ac tutę  
 le cōmendauit, ut ad perficiendam animā aliquādo  
 par inueniretur, ex qua nōnulli causa sunt perfecti-  
 habiā interpretati. θυτα uero filia mea suppliciter  
 impietatis ueniā petijt, cui ego totū hoc imbecillitā-  
 ti humanæ tribuēs, libēter ignosco. Fatetur enim ul-  
 tro sibi omnino nihil esse in fortunis, quod mihi uni,  
 que ipsam procreauit et alui, nō libenter acceptum  
 frat.

ffrat. Illa cōr̄bos, id est, florem, illa κολοκυνθιν, id  
 est, cucurbitā, illa deniq; spiritum illū quo uiuit, à me  
 accepisse profitetur. De ḡn̄tæ uero nihil est quod  
 dicam uobis Iudices, uidistis ipſe, audistis ipſe. At  
 illud perquam ridiculū, quod Sigma imprudēs(tan  
 ta est scilicet uis ueritatis) sua furtū detexit, et quasi  
 forex suo se indicio peremit. Quod enim ḡn̄tæ ne  
 que γρ̄v̄z̄d̄y, id est, cōqueri, neq; ζελπ̄z̄s̄y, id est,  
 buccinari, neq; οὐείz̄d̄y, id est fistula canere possit,  
 ipsius certe unius iniuria est. Hæc enim nunc po  
 pulares quasdam suas, nunc auxiliares alias conci  
 cans, facta impressione miseram ḡn̄tæ ex omnibus  
 bonis suis exturbat. Testis mihi Theocritus, in cu  
 ius hospitio confidenter nimis prolocuta hæc dicio  
 tur, ἀστὸν δὲ καὶ τὸ συνέσθετον. quod uerbum ne  
 mo unquam Atticus approbavit. Alioqui & publi  
 cum edictum nostis, quo illi in primis uerborum  
 positionibus uersari interdictur: qua in parte mihi  
 uenit in mentem, quod non prætermittam, vñ pu  
 blice persæpe conquestam esse, quod hæc Doribus  
 quibusdam secum per factionem accitis, eam è pri  
 mis ἦν βαρυτόνων ἥμιστων personis plura  
 libus eliceret, λεγομεν, non λεγομεν ausa pro  
 nunciare. Ego uero quod ad me attinet, Iudices, ne  
 que κόστης unquam offendit, neq; κλῆμα in τλῆ  
 pat, neque λάθει in τλῆμ inuertere, neque κύ

popū in rūgoꝝ cōmutare unquā tentauī, sed & locū  
meū mihi retinui, & quantū in me fuit dignitatem  
atq; existimationē cuiusq; in columē intactamq; ser-  
uauī. Vos ergo di deaq; uos penates nostræ reip. et  
te augusta Sais & sanctissime Thoyt, uos inquā re-  
ligiosissime adiuro, me neq; uoluisse unquā, neq; co-  
gitasse ullius statū violare aut dignitatē subuertere,  
neq; semper intra præscriptos fines ac limites ste-  
tisse, neminiq; quantū in me fuit, incōmodasse una-  
quam, quodq; hactenus feci, me facturā summa cu-  
ra diligētiaq; perpetuò pollicor. At cōtrā, hæc Si-  
gma nihil tam sanctū inuenit, quod non uolauerit:  
nihil tam purū ac sincerū, quod nō impurissime fœ-  
dauerit. Nam & Attalū, & Artaxerxem, & Arta-  
banū, tanquā maga ac uenefica quædā uoluit uer-  
pelles facere, atq; in portenta quædā inaudita cōuer-  
tere. Scitis itaq; Iudices, & uos scire sciūt omnes, ni-  
hil aut uerum, aut uero proximū quicquā Sigma in  
me dixisse, sed omnia per calumniā, per contumelias-  
um effinxisse, quin ipsam planè eius criminis dam-  
nandam esse cuius me arguit, ipsam cōmunem om-  
nium quietē, tranquillitatē, cōcordiam labefactas-  
se, ipsam de omni ordine, de omni cōditione pessime  
atq; iniquissime meruisse. Decet igitur uos cogitare  
ut ea in ipsam poena statuantur, quæ et magnitudinē  
sceleris respondeat, & ceteris in posterū exemplo  
esse

esse posſit, ne paria meditentur, ſed omnes intra datos limites cōquiescant. Nunc poſtrema mihi opera ſupererſt obeūda, circa formæ atq; imaginis deſenſio nem, in qua etiā nō multū labore (neminiem enim unquam quali forma natus eſſet pœnituit. Quid enim hic ingenii cuiusquā aut industria requiratur, ubi neq; optio, neq; acumen iudicij prodeſſe potest? Et quidem perſēpe uidimus ſub degeneri forma gene roſum ingenii delitescere) cogit me tamen improbitas atq; impudentia huius Sigma in hunc locū, ut uel intempeſtiā ac parū neceſſariā deſenſionē agre grediar, uel ſi quid per ſilentium tranſmiſero, bone cauſae deſuſſe, neq; omnes deſenſionis numeros im pleuſſe uidear: Et uera fortaffe quēdā Sigma exiſtimabitur dixiſſe, ſi ego nōnulla prætermittam qui bus ordine non reſpoſdeam. Par eſt igitur ut omnia diluam, omnia eius argumenta, importuna licet ac parum fortaffe ad rem pertinentia, diſcutiā. Quare ſi quid uidebor parū apte uel non ſuo loco dixiſſe, omnem in eam culpati reiſcite, et dum hoc quan tulimcunq; munus ſupererſt abſoluo, quales mihi au res haſtenus præſatiſtis, oro atq; obieſtor deinceps accōmodate. Ego quidem primū, iudices, mihi eam formam gratulari ſoleo, que neq; ad luxū, neq; ad iniuriam accommodata ſit, ſed rectam planè ac te retem et expeditam, et qualis neque ad ignauiam,

neq; ad contumeliam idonea uideatur: quam tantū  
abest ut probi atq; ingenui reformident, ut ab Aegy-  
ptijs magno in cultu magnaq; in ueneratione inter-  
hicoglyphica sacraq; indigitamenta habita sit, et  
ab ijs nota salutis nuncupetur. Quin et ulro ipsa  
fateor, crucis qua fontes plectuntur effigiem atque  
imaginem ostendisse: nec piget rei tam salubri et ge-  
neri hominū tuendo tam accommodate exemplum  
dedisse. Proprium enim semper fuit familie nostræ,  
flagitiosos, et qui parū castas manus haberēt, perse-  
qui, quando et mea etiā filia fuit ac nocentes ac iudi-  
cio conuictos damnare solet, et nunc in deorum nu-  
merum relata, numinis uicem implet. Quid si nos  
bac causa reprehendi par est, reprehendantur eadē  
ratione et ciuitatū iustitia et leges, que sceleratis  
flagitiosisq; ac planè literæ Sigma simillimis, suppli-  
cia et pœnas statuere. Sanè ego me tam nobili accu-  
satione insimulari malim, quam quod audio Sigma  
sine fine iactantem, se scilicet locū comessationibus  
ac propudijs fuisse architectā, ex quo quenquā so-  
brium aut castum, aut certe frugi exisse turpe est:  
qua ex re apud Sybaritas se statuam meruisse, ad  
immortalitatem eternitatemq; nominis sui pertine-  
re arbitratur. Sed quid ego in re præsenti atq; ocus-  
lis exposita orationē quero? Spectate uos ipsi Iude-  
ces, spectate obsecro huius Sigma faciem haudqua-  
quam

quam sibilo & cōtumaciacē suā absimilem: spectate toruos oculos, promptasq; atq; erectas ad iniuriam manus: spectate ira & furore æstuantē, et paulò mi-  
nus in nos impetum facientem. En ut se se inspiram  
cōtorquet: ut grauiter insibilat: ut prorsus in angu-  
no corpore anguinos sp̄iritus agnoscatis. Cæterū ut  
quod cœperam ποδὶ σαύρᾳ, id est, de cruce sermo-  
nem breuiissime absoluam, si rem diligenter perspe-  
xeritis Iudices, inuenietis non me, sed Sigma ipsam  
primam ex omnibus σαύρᾳ, id est, crucis nuncupe-  
tæ principium dedisse. Quom enim ego aliquando in  
cœtu clarissimorū hominum ποδὶ ταῦρῳ, id est, de  
tauro animali generoso ac socio laboris humani uer-  
ba facere, hæc protinus se se obijciens & partes pri-  
mas uendicans, ταῦροp in σαῦροp commutauit: id  
quod paucis ante diebus fecerat, quom ego de Musi-  
cis cōcentibus loquens τόνοp dixisem, hæc se se im-  
pudenter actutum aggerens, σόνοp, id est, gemitum  
et suffiriū iuſſit esse, qui τόνοs antea fuerat ad oble-  
ctandas hominum aures natus: digna se prorsus ac  
suis morib. cōflectanea elocuta. Quæ, nisi uos iudi-  
. cio defueritis, id quod ego profecto uos pro uestra  
confuetudine facturas confido, non uereor quin σὺ  
σαύρω, id est, cruce, & σόνοis, id est, suffirijs, reli-  
quā omnē quantaquāta superest actura sit etatem.

PINIS.